ΤΑ

ΑΠΟΡΡΗΤΑ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΙΕΡΑ

DE

SACRIS VETERUM CHRISTIANORUM ARCANIS

OLIM

IN SOLENNI ERUDITORUM PANEGYRI

GRÆCA ORATIONE

DIXIT

NUNC VERO

EANDEM DENUO RECOGNITAM LATINE VERTIT
NOTISQUE ALIQUOT ILLUSTRAVIT

ET CUM

PROGRAMMATE

VIRI

IN HAC ARGENTORATENSIUM UNIVERSITATE
DUM VIVERET CELEBERRIMI

(*b.m.*) DN. JO. ISAACI HEUPELII

LINGG. ORIENTALL. QUONDAM PROFESSORIS PUBL. ORD.

PATRONI, FAUTORIS AC PRÆCEPTORIS SUI
POST FATA QUOQUE VENERANDI

EDIDIT

M. ELIAS STOEBER, Argentinenſis.

ARGENTORATI Anno M D CC XLII.

BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRUM
NOBILISSIMUM, AMPLISSIMUM
EXPERIENTISSIMUM, EXCELLENTISSIMUM
DOMINUM
JOANNEM BOECLERUM
PHIL. ET MEDICINÆ DOCTOREM
CHEM. BOTAN. RELIQUÆQUE MATERIÆ MEDICÆ
IN UNIVERSIT. ARGENT. PROF. PUBL. ORD.
LONGE CELEBERRIMUM ET CAPIT. THO-
MAN. CANONICUM MERITISSIMUM

ATQUE

VIRUM
NOBILITATE GENERIS, MUNERIS DIGNITATE,
MERITORUM AMPLITUDINE JURISQUE
PERITIA CLARISSIMUM
DOMINUM
JOANNEM RUDOLPHUM
STOESSER
INCLYTÆ ARGENTINENSIUM CIVITATI
A CONSCRIBENDO CENSU SECRETARIUM
DEXTERIMUM, MERITISSIMUM,
DNN. PATRONOS,
FAUTORES ET EVERGETAS
SUOS
SUMMOPERE COLENDOS.

Digitized by Google

NEC NON

JO. DANIELEM STOEBER

EJUSDEM CIVITATIS NOTARIUM PUBL. JUR.
ET PRACTICUM FELICISSIMUM
FRATREM SUUM OPTIMUM, DILECTISSIMUM
DEQUE SE PRÆCLARE MERITUM

FAVOREM ERGA SE EXIMIUM ET
INSIGNIA BENEFICIA
LARGA MANU IN SE COLLATA
PUBLICE CELEBRATURUS
HOC SOLEMNI
PIETATIS, GRATITUDINIS ET
FRATERNI AMORIS
MONUMENTO
VENERARI VOLUIT, DEBUIT
TANTORUM NOMINUM
ET FRATRIS CARISSIMI

CULTOR ET ADMIRATOR PERPETUUS
M. ELIAS STOEBER, Arg.

Digitized by Google

JOH. ISAAC HEVPEL,

IN ARGENTORATENSIVM VNIVERSITATE LING. GRÆC. ET EBR. PROF. PVBL. ORD.

Lectoribus Salutem.

MUndus vult decipi, ergo decipiatur. Volenti non fit injuria. Argumentum, non ætatis demum noſtræ depravato ingenio, circumforaneis præſertim balatronibus, medicaſtris & circulatoribus inter arcana domus ſervatum; ſed ab omni temporum memoria, ſi a ſacra divinorum annalium fide receſſeris, maximorum regum, principum, legislatorum, ſacerdotum, philoſophorumque animis infixum. Incredibile memoratu, quam abſurdis hoc religionibus, quam cœca veneratione, quam vanis opinionibus longe ampliſſimam olim orbis terrarum partem impleverit. Non facile reperias gentem, quæ non conditores ſuos, jura, leges, ſacra, ritus, mores ad Deos pertinere auctores velit. Dandam eſſe hanc veniam antiquitati, Livius arbitratur, ut miſcendo

Digitized by Google

ſcendo humana divinis, primordia urbium augu-ſtiora faciat. Romulum & Remum, ne ſpurios agnoſcas, Marte genitos fuiſſe, Roma finxit, Roma credidit. Unius opido temerarii hominis, Proculum Julium vocant, teſtis, dubitare neſas, & auriti & oculati fides Romulum ex hominum conſpectu ſublimem in cœlos evexit, & gravi parricidii ſuſpicione trepidantes patres exſolvit vir inſolenti beneficio clarus. Quot reges, heroas principesque viros vagis Deorum & Dearum libidinibus, inceſtis, ſtupris, adulteriis elegans & erudita Græcia acceptos refert? Ridet hæc & puerilibus fere fabellis leviora cenſet Ægyptius ſacerdos, ipſe gravioribus mendaciis Soloni impoſiturus, quia antiquitatis canitie veneranda. Scite & prudenter Juvenalis:

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Jam vero, quotusquisque invenitur inter primos gentium legislatores, qui proprios ingenii partus Deorum alicui, quocum familiariter vixit, non ſuppoſuerit? Romanis Conſum auctorem legum ſuarum dixit & perſuaſit Romulus, Ægeriam Numa, Athenienſibus Minervam Draco & Solon, Lacedæmoniis Apollinem Lycurgus, Locrenſibus Minervam Zaleucus, Thracibus Getisque Veſtam Zamolxis, Cretenſibus Jovem Rhadamanthus & Minos, Ægyptiis Mercurium Mneves. Sacerdotum in procudendis e cerebro ementitis divi-

divinationibus, oraculis, myſteriis, prodigiis, miraculis, terriculis & ſpectris multiplices artes, machinas, fraudes & præſtigias curatius expoſituro latiſſimus aperitur dicendi campus. Quem ut in præſenti oculis luſtremus & emetiamur, nec res ipſa patitur, nec occaſio. Quod vero omnium quis maxime miretur, ipſi veritatis & ſapientiæ publici profeſſores & philoſophi non ſatis belle ſæpius rebus ſuis conſultum iri arbitrabantur, niſi iisdem caſibus impeditum populum vincirent, & conſtrictum tenerent. Pythagoras aureum oſtendens femur, Apollinem ſe hyperboreum credi voluit, eademque die & hora & Metaponti & Crotone præſentem a multis ſpectatum. Socrates, oraculi effato Græcorum omnium ſapientiſſimus, in rebus quibusvis, etiam leviſſimis, ut in evitando, deflexo itinere, porcorum cœno repletorum grege, genium aliquem ſibi a ſecretis conſiliis eſſe, gloriatus eſt. Ut Platonis apes, Apollonii Tyanei miracula, aliorumque ſophiſtarum impoſturas taceamus, quorum precariam majeſtatem Lucianus hinc inde probe depexam reddit. Quorſum igitur hæc omnia tendebant? ut mundus piis, quas vocant, fraudibus deciperetur. Doceant hoc ipſi veteres. Varrone apud D. Auguſtinum judice, *multa ſunt vera, quæ non modo vulgo ſcire non utile eſt, ſed etiam, tametſi falſa ſint, aliter exiſtimare populum expedit.* Secundum Curtii effatum, *nulla res efficacius multitudinem regit,*

quam

Digitized by Google

quam ſuperſtitio. In eandem ſententiam Polybius, Julius Cæſar, Cicero, aliique loquuntur. Strabonem ſi audias, *ἡ κρύψις ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν σεμνοποιεῖ τὸ θεῖον, μιμουμένη τὴν φύσιν αὐτοῦ, ἐκφεύγουσαν ἡμῶν τὴν αἴσθησιν, myſtica ſacrorum occultatio majeſtatem numini conciliat, naturam ejus imitans, ſenſus noſtros effugientem.* Quid igitur mirum, efferentem talia imperii & majeſtatis arcana, tanquam perduellionis reum mortis pœnas luiſſe, aut has effugientem deſtandum omnibus viſum? Fuerunt ſane quondam & Chriſtianis Eccleſiæ doctoribus ſua religionis & doctrinæ myſteria, ſed a gentium ſuperſtitione, dolis & impietate infinitis modis diverſa. Explicatius hæc Oratione Græca, quam proprio Marte & non invita Minerva conſcripſit, in conſeſſu Veſtro enarraturus eſt, Præcellens atque Clariſſimus DNUS M. ELIAS STOEBER, SS. Theologiæ & elegantiorum literarum Cultor perquam eximius. Delegit enim Is ſtudiis, quibus conſecratus eſt, apprime conveniens dicendi argumentum, ARCANA CHRISTIANORUM VETERUM SACRA. Dicatus eſt Recitationi dies Martis, qui erit Junii octavus ſupra viceſimum, hora X. Cui actui frequentes ut intereſſe velint, omnes Literarum Patronos, Doctores, Fautores, & Alumnos decentibus formulis invitamus. P. P. Argentorati cIↄ Iↄccxl. X. Calend. Jul.

CON-

CONSPECTUS TRACTATIONIS.

DE SACRORUM APUD VETERES CHRISTIANOS OCCULTATIONE

I. Diſſerendi Occaſio *Proœm.*

II. Tractatio, ubi ejus

1. Antiquitas §. I.
2. Objectum, idque
   - א) κατ' ἄρσιν §. II.
   - ב) κατὰ θέσιν §. III.
3. Confirmatio §. IV.
4. Defenſio contra diſſentientium gravamina, quæ
   - α) Recenſentur §. V.
   - β) Diluuntur, dum oſtenditur
5. Modus occultationis circa Sacrorum
   - α) Auſcultationem §. VI.
   - β) Inſpectionem §. VII.
   - γ) Lectionem §. VIII.
6. Cauſæ, quæ
   - α) impellentes §. IX.
   - β) finales §. X.
7. Effectus varii §. XI.

III. Epilogus §. XII.

Digitized by Google

Σὺν Θεῷ.

DE

ARCANIS VETERUM CHRISTIANORUM SACRIS.

PROOEMIUM.

In ampliſſimum Veſtrum conſpectum habitu animoque lætus nunc primum prodire ſuſtineo : AUDITORES omnium ordinum ac dignitatum Splendidiſſimi, Honoratiſſimi. *Ea namque mihi ſpes affulget, qua neminem ex erudito ordine Veſtro tanto literas odio proſecuturum puto*, (a) *ut ad nutum male-ſanorum quorundam doctorum in furorem raptus oeſtroque perritus*, (b) *illa quovis honore digniſſima*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Φαιδρῷ μάλα σχήματι καὶ ἀγαθὰς ἔχων τὰς ἐλπίδας τὰ πρῶτα νυνὶ εἰς ὑμᾶς παρέρχομαι, Ἀκροαταὶ κατὰ τὸ τῆς ἑκάστου ἀξίας καὶ προλιμήσεως ἐπιφανέςατοι καὶ εὐδοκιμώτατοι. Οὐδένα μὲν γὰρ δήπου τῶν ἐνθάδε πεπαιδευμένων εἰς τοσοῦτον, οἶμαι, ἀμουσίας ἀφικέσθαι· ὥστε διὰ τῆς ἐξωλεςάτης τινῶν εἰς παιδείαν ὁδηγῶν ἀλογίας καὶ ἐν αὐτοφόρῳ ἐλεγχθέντων ἀπαλειόνων πλάνης οἰ-

---

(a) Significantior hæc phraſis apud EVRIPIDEM *Troad.* ℣. 972. & *Androm.* ℣. 170.

οὐκ εἰς τοσοῦτον ἀμαθίας ἐλθεῖν δοκῶ,

non eo me dementia deveniſſe arbitror.

(b) Ita ÆLIANI INTERPRETES has voces expreſſerunt, *Var. Hiſt. lib.* IX. *c.* XXXIX. *p.* 484. ubi de veſano Bonæ Fortunæ amatore ait: εἶτα ἐκμανεὶς καὶ οἰςρηθεὶς ὑπὸ τοῦ πάθους, παρελθὼν εἰς τὴν βουλὴν, καὶ λιτανεύσας, ἕτοιμος ἦν πλείστων χρημάτων τὸ ἄγαλμα πρίασθαι. *Atque inde* raptus in furorem, œſtroque percitus,

Digitized by Google

ma Græcorum monumenta ſtomachetur, averſetur. Dudum illud pernicioſiſſimum rudiorum animos ſeducendi ſtudium publicæ reprehenſioni expoſitum eſt. Quandoquidem indomita iſta furendi libido in ipſum quoque divinitus dilectum Apoſtolum temerarios inſultus factitare haud veretur, quum a Græcorum ſcriptis, quaſi diaboli magis opera exaratis, quæve adeo ſano uſui nemini eſſe poſſint, Sapientiæ Chriſtianæ cultores omni niſu arcere allaborant. Atqui & ipſe Divus Apoſtolus evolvit ea quæ ARATO, (c) *quæ* MENAN-

ϛρηθέντα καὶ παραφερόμενον τὰ κομιδῇ ἀξιέραςα τῶν ἑλλήνων ἐπιτηδεύματα δυσχερῆναι. Κατάγε μὲν τοῦ Θεοφιλεςάτου ἐν Ἀποςόλοις, ὁρᾶτε, τὴν τοιούτων φλυαρίαν ἐπιφερομένην ἐκμανῆναι, ὁποσάκις ἂν τῶν ἑλληνικῶν συνταγμάτων, ἅτε διαβόλου μὲν ἔργων, μηδὲν δὲ παντελῶς οὔτε ὑγιὲς εἰς τὴν Θεολογίαν, οὔτε σύμφορον ἐχόντων τοὺς φιλομαθεῖς τῆς ἐν χριςῷ σοφίας ἀπαλλάξαντες διατελῶσιν. Ἀνεγνώσθη δ᾽ ἄρα τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ τὰ μὲν τοῦ Ἀράτου, ἀνεγνώσθη δὲ τὰ τοῦ Μενάνδρου,

---

tus, *propter cupiditatem, in ſenatum venit, & enixe rogavit: ut ſibi liceret ſtatuam illam utcunque magno pretio emere.* Vox inde compoſita *οἰςρομανὴς*, (qua defectus quorundam Lexicorum ſupplere quiſpiam poſſet,) furioſum, inſanum denotat, apud NONNUM *Dionyſ.* XLVI. v. 107. & in *Carminibus Sibyllin.* paſſim; vid. apud GALLÆUM *p.* 92. Plura ejusmodi compoſita habet ATHENÆUS *Deipnos. lib.* XI. *p. m.* 464. *D.* quocum conf. CASAUBONI *Animadv. in h. libr. Cap.* III. *p.* 491. *ſq.*

(c) verba D. Apoſtoli, quæ ex *Actor. cap.* XVII. *comm.* 28. huc citari ſolent in vulgus nota: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Unde DRUSIUS *Obſerv. Miſc. lib.* V. *c.* I. *p. m.* 106. ait: *Hemiſtichium hoc, quin ex Arato ſumptum ſit, nemo paulo humanior neſcit.* Leguntur hæc ipſiſſima verba in ARATI *Phænom. v.* 5. vid. *Aſtronomica Veterum Scripta p.* 48. Quod equidem non ita certe perſuaſum fuiſſe arbitror *b.* BUDÆO, quandoquidem Ille in *Inſtit. Theol. Dogm. lib.* II. *cap.* II. *§.* VII. *fin: p. m.* 463. hæc verba allegans ſubdubitanter ait; *Confirmat equidem Apoſtolus, quod dixerat* (*Rom.* XI, 36.) *illo*

iſto Arati, ut putant, *teſtimonio*: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Scilicer provocat D. Apoſtolus iſto in loco Poëtas plures, eosque Athenienſes: ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς Ποιητῶν εἰρήκασι· *ſicut & veſtratium Poëtarum nonnulli dixerunt.* ARATUM ergo, qui ſolum hic intelligi crediderit, næ is horum verborum emphaſi & argumentationis robori multum detraxerit; ne dicam, ARATUM Poëtam Athenienſem proprie dici non poſſe, qui Solenſis fuit è Cilicia oriundus juxta SUIDAM *Voc.* Ἄρατος & STRABONEM *Geogr. lib.* XIV. *p. m.* 671. *fin.* Idemque THEOCRITO ἰσόχρονος & familiaris, quo nomine etiam ipſum hunc ARATUM amice compellat *Idyll.* VI. *v.* 2. *coll. Schol. ad h. l.* & *Idyll.* VII. *v.* 122. quocum etiam eodem dictionis idiomate, Dorico puta, uſus eſt ARATUS, quod vel ex voce ἀρχόμεσθα in ipſo ſtatim Phænomenorum limine obveniente colligitur; ſi conferatur THEOCRIT. *Idyl.* XVII. *v.* 1. Neque inter Athenienſes diutius verſatus eſt hic Poëta, quam Perſio Philoſopho operam daret: referente AUTHORE *Vita Arati* in *Scriptis Veterum Aſtronomicis* Phænomenis præmiſſæ *p.* 43. Supereſt ergo credamus, D. PAULUM hæc ARATI verba citaſſe, ceu Poëtæ utcunque Græci, ſuique conterranei & Athenienſibus quoad ejus ſcripta haud penitus ignoti. vid. FABRICIUM *Bibl. Græc. lib.* III. *c.* XVIII. *Vol.* II. *p.* 453. Perplacet autem ARATO adjungere CLEANTHEM Poëtam Athenienſem ſuo tempore clariſſimum, ductores ſequenti FABRICIUM *l. c.* & BARTHIVM *Adverſ. lib.* I. *c.* XV. *p.* 35. Is namque in *Hymno in Jovem* Hunc ita alloquitur:

> Ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμέν· – –
> *Ex tuo enim genere prognati ſumus,*
> vel ſi mavis:
> *Ex te namque genus quoddam facti ſumus.*

Taceo totam hujus Hymni ſtructuram ita comparatam eſſe, ut ſi eundem cum oratione Divi PAVLI decenti ratione comparaveris, facile deprehendas, plurima quæ Ille de ſuo Jove prædicavit, Hunc potiori jure in verum Deum contuliſſe; quare quin hunc etiam Poëtam indigetaverit D. Apoſtolus nulli dubitamus. videſis Hymnum in HENR. STEPHANI *Poëſi Philoſ. p.* 49. & apud FVLV. VRSINVM poſt *Carmina Novem Illuſtr. Femin. p.* 272; qui eundem cum aliis hujus Poetæ fragmentis ex STOBÆO aliisque collegerunt. Quoad rem ipſam non deſunt plures inter profanos Græcos æque ac Latinos Auctores, qui eandem cum Chriſtianis ſententiam profitentur. PYTHAGORAS *Aur. Carm.* v. 63.

θεῶν

MENANDRO & EPIMENIDI (d) *ſcripta tribuuntur; eoque cum fructu perlegit, ut eos ceu fide digniſſimos veritatis teſtes gentibus ſiſtere potuerit. Quid? quod idem ille Sanctiſſimus Apoſtolus ubi cæleſtis doctrinæ puritatem & integritatem commonſtraturus erat, ad gentium illarum ſacra, certamina, mores & conſuetudines & quæcunque ſint, vel quacunque demum impuritate laborent, Ipſi tamen ſatis cognita ac perſpecta, ſæpiſſime ſermonem intendit.* (e)

ἀνεγνώσθη δὲ τὰ τοῦ Ἐπιμενίδου καὶ οὕτως ἀνεγνώσθη, ὥστε τούτους οἷον ἀξιοπίστους τῆς ἀληθείας μάρτυρας τοῖς δημόταις προβαλέσθαι. Καὶ μὴν δὴ καὶ αὐτὸς ὁ πανάγιος Ἀπόστολος τὸ καθαρὸν καὶ ἀμώμητον τῆς οὐρανίου διδασκαλίας ἐν φανερῷ καταστήσας, πλεονάκις πρὸς τὰ ἀκάθαρτα τῶν δῆτα λεγομένων ἐθνῶν καὶ ἱερὰ, καὶ ἀγῶνας, καὶ νόμους, καὶ ἔθη, καὶ πράξεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα διασκοπήσας ἔλεγεν. Οὐχὶ δὲ βλάσφημον εἰ-

 vero

θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
divina hominum origo eſt.

Apud ORPHEVM quoque HOMERI *σύμφωνον Argon.* v. 835. Jaſon de ſe & ſuis comitibus ait:

Οἱ μὲν γὰρ μακάρων, οἱ δ' ἡρώων γένος ἐσμέν.
Quedam enim noſtrum deorum, quedam heroum ſanguine prognati ſumus.

Multus etiam in hominum genealogia a diis derivanda eſt HESIODVS Ἔργοις v. 108. *ſqq.* Tandem VARRO *utile*, ait, *eſſe civitatibus, ut ſe viri fortes, etiamſi falſum ſit*, ex diis genitos eſſe *credant; ut eo modo animus humanus, velut divina ſtirpis fiduciam gerens, ad res magnas aggrediendas eo magis inſtigetur. fragm. p. m.* 45.

(d) vid. 1 *Cor.* XV, 33. & *Tit.* I, 12. coll. ERASMI SCHMIDII *Not. in h. ll.*

(e) Cujus ſi ſpecimina colligere allubeſcat, vide 1 *Cor.* IX, 13. 24. 25. *Ebr.* XII, 1. 2 ad *Timoth.* IV, 7. *Eph.* VI, 14. *ſqq.* coll. HOMERI Iliad. III. v. 330. *ſqq.* & integra Diſſertat. *Celeberr.* quondam JOH. HENR. LEDERLINI DE ΠΑΝΟΠΛΙΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ Argent.

Ecquis vero abſque blaſphemia cum nefariis iſtis nugatoribus dixerit: Eum hoc ipſo cælum terramque commiſcuiſſe, (f) *aut ignem profanum* (g) *in Sanctiſſima Sanctorum adyta* (h) *aſportaſſe? nullus ſane.*

πεῖν τὸν τοιοῦτα δράσαντα τῷ μὲν οὐρανῷ, ὥς φάσκουσι ληροῦντες, τὴν θάλατταν συναναμῖξαι, πυρὸς δὲ ἀνόσιον εἰς τὰ ἅγια ἁγίων ἄδυτα παρακομίσαι; οὐμενουν ἄλλο. Ἀλλὰ τί δεῖ τούτων πέρι ἐν

Sed

Argent. A. 1707. emiſſa: a §. 4. *ad fin.* add. & ERASMI SCHMIDII Not. ad I *Cor.* V, 6. & *Eph.* VI, 14. Quæ & alia S. Scripturæ loca ex antiquitatibus Græcis illuſtranda ſibi ſumpſerunt plurimi; & nuper demum *Celeb.* BRVNINGS *in Compend. Antiq. Græcarum.* Eſt tamen ubi multa quæ vel invitam huic inſtituto cervicem accommodare coacta ſunt, deprehendas.

(f) proverbialis hæc eſt hyperbole Græcis æque ac Latinis Scriptoribus uſitata. qua de vid. ERASMI *Adagia Chil.* I. *Cent.* III. *adag.* LXXXI.

(g) *ἀνόσιον* Græcis dicitur quicquid *profanum*, *illegitimum*, *nefarium*. Sic EVRIPIDES propriorum liberorum trucidationem *ἔργον ἀνοσιώτατον*, *immane facinus* dixit *Med.* ✓. 797. & matrimonium præter parentum conſenſum contractum *γάμον ἀνόσιον*, *matrimonium illegitimum Electr.* ✓. 600.

(h) Reſpiciunt hæc illud filiorum Aaronis nefarium ipſisque funeſtum facinus *Numer.* III, 4. cui haud abſimile eſt, quod à PAVSANIA relatum legimus *Phoc.* ſ. *lib.* X. *c.* 32. *p.* 881. Nimirum apud Græcos quoque templorum adyta ſimili quadam religione definita fuiſſe videmus. SCHOLIASTES HOMERI *ad Iliad.* V. ✓. 448. *ἄδυτα καλοῦνται οἱ τόποι τῶν ἱερῶν, εἰς οὓς οὐκ ἔξεστιν εἰσιέναι πᾶσιν. Adyta vocantur ea templorum loca, quæ non omnibus adire fas eſt.* Etenim non niſi Sacerdotibus ſacra hæc patuere penetralia, reliquis omnibus, quos *ἀμυήτους*, *βεβήλους profanos*, *pollutos* &c. dixerunt, inacceſſa. Niſi mavis hanc templi partem pro toto ſubinde templo accipere: quandoquidem illa fugientibus aſylum præbuiſſe legitur ut alibi, ita præſertim apud EVRIPIDEM *Jon.* ✓. 1306. ubi

Ιων. ἔκλιπε βωμὸν, καὶ θεηλάτους ἕδρας.
Κρε. ἣν γ᾽ ἐντὸς ἀδύτων τῶνδέ με σφάξαι θέλῃς.
Ιων. τίς ἡδονή σοι θεοῦ θανεῖν ἐν στέμμασι;

Ion.

Sed quid multis? Etenim Vobismetipſis arbitror abunde perſuaſum eſſe, Sanctiſſimos non primitivæ ſolum, quin & jam floreſcentis Eccleſiæ Patres & dexterrimos myſteriorum adminiſtros ex græcarum literarum tractatione maximos eosque veriſſimos uſus ſubinde percepiſſe. (i) *Atque his ita comparatis,* AUDITORES, *conſtitutum mihi fuerat græco ſermone ad Vos locuturo, erroneam & perverſam quorundam Chriſtianorum doctrinam ex gentilium monumentis falſitatis convictam heic publice proponere.*

ὑμῖν μακρὰ λέγειν; εὖ μάλα πεπεισμένοις, τῆς οὐ πάλαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐπιόντος εἰς τόδε χρόνου διανθέσης ἐκκλησίας ἁγιωτάτους τε πατέρας καὶ θεοσεβεῖς πάνυ μυσταγωγοὺς πάμπολύ τι τῶν περὶ τὰς ἑλληνικὰς μούσας διατριβῶν ὡς ἀληθῶς ὀνηθῆναι. ἐμὴν ἀλλὰ ϗ τούτων οὕτως ἐχόντων εἰσῄει μοι πόθος ἐν ἑλλάδι φωνῇ λέγοντα ὑμῖν, Ἀκροαταὶ περιφανέστατοι, ἑτεροδοξίαν τῶν τῶν χριστιανῶν ἐξ ἐθνικῶν ὑπομνημάτων καταισχυνθεῖσαν παραστῆσαι. ὑπόθεσιν

Ion. *Relinque aras & ſacras ædes dei.*
Cre. *Siquidem intra hæc adyta trucidare me velis.*
Ion. *Quid juvat te mori inter dei ornamenta?*

Vnde ſimul apparet ſacros hos intra cancellos aram fuiſſe poſitam, & ornamenta ſeu donaria diis dedicata, poſtibus liminaribus alias etiam appenſa, heic aſſervata fuiſſe: quæ majeſtatem ſecretiori huic loco, reverentiamque conciliaverunt. Hinc ORPHEVS *Argon.* v. 954. Medeam, ſacerdotio ſcilicet defunctam, dicit multa ipſi attuliſſe

φωριαμοῦ ἀνελοῦσα θυώδεος ἐξ ἀδύτοιο,
E ciſta depromens odoro ex adyto.

ubi notanter adytum hoc θυῶδες vocatur: a ſacrificiis nimirum ibidem peractis, quæ utpote cum ſuffimentis odoriferis plurimum fieri ſolita, voce θυσία primitus inſignita fuere; quod pluribus docet ex PORPHYRIO EVSEBIVS *Præpar. Evang. lib.* I. *p.* 29. A. vid. POTTER. *Archæol. Græca lib.* II. *c.* II. apud GRONOV. *Theſ. Antiq. Græc. Vol.* XII. *p.* 200. DEMPSTER *ad* ROSINVM *p.* 115*a.* & FEITH. *Antiq. Homer. lib.* III. *c.* XIV. *§.* IX.

(i) vid. PFEIFFER *Præfat. ad Antiq. Græcas fol.* 2*a ſq.*

ponere. Argumentum, quod nec vitæ meæ rationi disconveniens,(k) *nec ab aliis anticipatum,* (l) *quodve exactam Veſtrûm æquamve diſcernendi rationem haud temere, ut opinor, ſubiiſſet. Jamque primas huic tractationi manus admoveram, eandem pro virili mea enarraturus: quum tanta me præter opinionem amplitudo rerum diverſitasque circumdediſſet, quæ*

ἴσως ἔτι τῷδε, ὅνπερ ποιῶ διαίτης τρόπῳ ἀξύμφωνον, οὔτε ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν προκατειλημμένην· καὶ, τὸ πάντων κυριώτατον, κατάγε τὴν ἐμὴν γνώμην, τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐπισκέψεως καὶ δικαιοκρισίας τῆς ἐφ' ὑμῖν οὔσης, οὐ μάτην καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπαιτουμένην. ἐφαψάμενος δὲ ταύτης καὶ τόγε ἐπ' ἐμοὶ εἶναι, διεξελθεῖν ἐπιβαλόμενος, εἰς τοσοῦτον ἐμὲ χρημάτων οὐ μᾶλλον

ut

(k) ad cujus etiam enarrationem a TERTVLLIANO præſertim invitatus acceſſi. Verba mihi adhucdum obverſantur illa, quibus p. 124. libellum *de Teſtimonio anima* exorditur: *Magna curioſitate, & majore longe memoria opus eſt ad ſtudendum, ſi quis velis ex literis receptiſſimis quibus Philoſophorum vel Poëtarum vel quorumlibet doctrina ſapientia ſecularis magiſtrorum teſtimonia excerpere Chriſtianæ Veritatis; ut amuli perſecutoresque ejus de ſuo proprio inſtrumento, & erroris in ſe, & iniquitatis in nos rei revincantur.* Itaque contra Socinianos pro SS. Trinitatis & Chriſti divinitatis veritate pugnaturus, me a PLATONE præprimis & LVCIANO haud infauſto omine arma ſubſidiaque petiturum eſſe credideram, cum tot evidentia pro hac veritate teſtimonia in illorum ſcriptis reperiantur.

(l) Virorum equidem Celebriorum, qui de Veritate Religionis Chriſtianæ ſcripſerunt nullus fere eſt, qui hoc argumentum ſicco, ut ajunt, pede prætérierit. Pauciores vero ſunt, qui fuſius illud tractandum ſibi ſumſerunt; ſcilicet *b.* BVDÆVS in Diſſertatione: *de Veritate Religionis Chriſtiana, Philoſophorum obtrectationibus confirmata.* PETRVS ZORNIVS in libro cui tit. *Erſtes Chriſtenthum ſo Wohl in reiner Lehr als heiligem Leben aus den Feinden des Chriſtlichen Namens den Heyden entWorffen.* TOBIAS ECKHARD libr. *Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimonia.* & JOH. ENGLERTVS *in Gentili teſte Veritatis.*

ut mutarem conſilium, *idque tempori magis opportuno viribusque adultioribus reſervarem*, *me coëgit. Quandoquidem enim mihi conſtat Viros quosdam Eruditos* (m) *in ea verſari ſententia*, *qua ſanctiſſima illa atque ſecretiora doctrinæ morumque momenta gentibus olim occultata fuiſſe arbitrantur*, *prætereaque Scripta quædam*, *quibus uſurus hac in re maxime fueram*, *pro ſpuriis & ſuppoſititiis a nonnullis haberi*: (n) *ad inſecuturam tractationem me quaſi præparaturus*, SACRA VETERUM CHRISTIANORUM AR-

ἀφθονίας καὶ χαλεπότητος ἤπερ ἀμηχανίας παρὰ δόξαν καταπεσόντα εἶδον, ὅσον τῆς πρότερον ἀφορμῆς ἐν τῷ παρόντι ἀποστάντα ἐς καιρούς ποτε ἐπιτηδειοτέρους καὶ ἡλικίας ἀκμὴν τὰς ὄψεις διατείνειν. Ἀνδρῶν μὲν οὖν ἐλλογιμωτάτους εἰδὼς, ἐπὶ τῷ τοῖς ἔθνεσι τὰ μυστήρια τῆς ἁγιωτάτης διδασκαλίας τε καὶ διαγωγῆς ἐνίοτε καλακρυβῆναι, ἑλληνικά τινα ἀπομνημονεύματα, οἷσπερ χρησθῆναι ἔμελλον, νοθείας ἀνδρειότητος κατηγοροῦντας, οἱονεὶ προκατασκευήν τινα τῆς ὕστερον πραγματείας τὰ Ἀπόῤῥητα

C CANA

(m) CASAUBONUM, BINGHAMUM, KORTHOLDUM aliosque infra ſæpius citandos.

(n) Quod ex gravi illa contentione reſcivi quæ *Celeb* MATTHIÆ GESNERO cum TOBIA ECKHARDO de Dialogi Luciano adſcripti indole & antiquitate intercedit. Horum enim Ille *Dialogum Lucianeum*, *qui Philopatris* inſcribitur, ſeorſim edidit, *præmiſſa Diſputatione de illius auctoritate & ætate* Jenæ 1715. „in qua poſtquam „adhibita cura & eruditione in hanc rem inquiſivit, tandem ſtatuit, „juniori Luciano Sophiſtæ, qui imperante Juliano vixit, Dialogum „illum, Philopatris dictum, tribuendum eſſe, hancque ſententiam „ſuam conta adverſariorum unum & alterum, inprimis TOBIAM „ECKHARDUM hunc fœtum veteri illi Luciano parenti reſtituere „conantem erudite defendit„ judicante KOECHERO *in Hiſtoria Jeſu Chriſti*, *Diſſertat. in Grotium* inſerta *p. m.* 317. Itaque de genuina hujus Dialogi indole prius, quam de rei veritate decertandum foret; qualem Criticam diſquiſitionem non hujus eſſe loci arbitratus, deſtiti a conſilio, ſeorſim illud aliquando, Deo volente, ere- cuturus.

CANA *tenui hac oratione enarranda mihi ſumſi. Enimvero propoſito huic jamjam ſatisfacturus Veſtram obſecro benevolentiam* , AUDITORES SPLENDIDISSIMI, *qua dicendi non minus rationi , quam rerum gravitati & ſuavitati aliquid indulgentes patientem benevolamque aurium operam oratori Veſtro præbare velitis.*

§. I. *Quodſi myſteriorum illam apud Chriſtianos veteres occultatam ſapientiam ab origine repetamus , Auditores , non eſt , cur illam a primis Eccleſiæ doctoribus ceu divina auctoritate præſtantem* , (a)

τῶν πάλαι χριστιανῶν ἱερὰ ἰχνῷ τινι λόγῳ διεσκέφθαι προὔθέμην. ἐν ᾧ δὴ ταῦτα ποιῶ, δέομαι ὑμῶν μεθ᾽ ἧς ὀφείλω αἰδοῦς, Ἀκροαταὶ περιφανέστατοι, οὐδὲ μὲν ὅτι οὖν τῷ φράσεως χαρακτῆρι, ἀλλὰ δὲ πολλὰ τῷ καλῷ τῶν πραγμάτων καὶ σεμνότητι χαρισαμένους, τὴν εὐμένειαν τε ἀκροᾶσθαι καὶ φιλοφροσύνην τῷ λέγοντι συγχωρῆσαι.

§. I. Τὴν μὲν πρώτην τῆς ἀποκρύφου ἐν χριστιανοῖς μυστηριοσοφίας ἀρχὴν ἐφορῶσιν, Ἀκροαταὶ περιφ. οὐκ ἔστιν οὔτε θείαν ταύτην, οὔτε εὔχρηστον, οὔτε καίριον ἦσαν τοῖς ἄνω διδασκάλοις κατει-

vel

(a) Rigidiores tamen in hac diſciplina ex S. Scripturæ fontibus eruenda & ſtabilienda ſequentibus temporibus fuerunt Divi Patres. Toties tunc illa Servatoris *Matth.* VII, 6. & *Lucæ* VIII, 10. aliaque ad conciliandam huic diſciplinæ auctoritatem ab AVGVSTINO, AMBROSIO aliisque inculcata. de quibus vide KORTHOLD *de Silentio Sacro* §. IV. Suam circa illa verba mentem ita explanavit TERTVLLIANVS *Præſcript.* c. XXVI. *p.* 335. *ſq. Conſequens erat*, inquit, *ut cui demandabat Evangelii adminiſtrationem , non paſſim nec inconſiderate adminiſtrandam adjiceret , ſecundum Dominicam vocem , ne margaritam porcis , & ſanctum canibus jactaret. . . . Hæc Apoſtoli aut neglexerunt , aut minime intellexerunt , ſi non adimpleverunt abſcondentes aliquid de lumine , id eſt , de Dei verbo & Chriſti Sacramento. Neminem quod ſcio verebantur , non Judæorum vim , non ethnicorum ; quo magis utique in Eccleſia libere prædicabant , qui in ſynagogis & in locis publicis non tacebant. Imo*

neque

vel utilem, vel opportunam habitam fuiſſe, dicamus. Etenim non conſtat quod vel ejus aliquam mentionem fecerint, aut geſſerint curam; quin potius in Eorum ſcriptis clare cuncta ac perſpicue ſunt expoſita. (b) *Quamvis enim temporis olim injuriæ cedentes ſacra ſua a publico conſpectu ſemoti celebraverint,* (c) *neminem*

λῆφθαι. οὐδεμίαν γὰρ ταύτης, εὑρίσκομεν, οὔτε μνείαν, οὔτε πρόνοιαν ποιησαμένους τοὺς ἐξ ἀρχῆς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιστατοῦντας, μᾶλλον δὲ ἐν λόγοις δηλά τε πάντα καὶ σαφηνισθέντα. Κἂν μὲν γάρ ποτε διὰ τὴν τῶν τότε χρόνων ἀδικίαν λαθόντες ἱερουργήσαιεν, τὰ δὲ ὅμως περὶ Θεὸν εὐσεβοῦντες, καὶ τὴν δι-

neque Judæos convertere, neque ethnicos inducere potuiſſent, niſi quod credi ab ipſis volebant, ordine exponerent. Multo magis jam credentibus Eccleſiis nihil ſubtraxiſſent, quod aliis paucis ſeorſum demandarent: quanquam etſi quædam inter domeſticos, ut ita dixerim, diſſerebant, non tamen ea fuiſſe credendum eſt, quæ aliam regulam fidei ſuperinducerent, diverſam & contrariam illi quam catholice in medium proferebant, &c. Quicquid ſit, certum eſſe arbitramur, *Apoſtolos*, addo & primitivæ Eccleſiæ Patres *non ita metuiſſe vel caviſſe, ne Catechumeni in Chriſtianorum rituum & doctrinarum notitiam pervenirent, uti quidem feciſſe falſo dicuntur;* verba ſunt BINGHAMI *Orig. Eccleſ. lib.* X. *c.* V. *§.* II. *fin. Vol.* III. *p.* 123.

(b) quod a JUSTINO MARTYRE & CLEMENTE ALEXANDRINO libera largaque manu factum eſſe videmus. Etenim Ille in *Apologia longiore* & de *Edicto fidei* prouti legitur apud EVAGRIUM *lib.* V. *Hiſt. Eccleſ. c.* IV. *p.* 421. *ſqq.* Hic vero in *Protreptico ad Gentes* nihil non, quod ritus & dogmata Chriſtianæ religionis concernit, plana & perſpicua ratione tradiderunt.

(c) Audiendus hic præ reliquis DIONYSIUS ALEXANDRINUS apud EUSEBIUM *lib.* VII. *c.* XXII. *p.* 291. *B.* πᾶς ὁ τῆς καθ' ἕκαστον θλίψεως τόπος πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον, ἀγρὸς, ἐρημία, ναῦς, πανδοχεῖον, δεσμωτήριον. *Omnis locus in quo varias ærumnas ſingillatim pertulimus, ager, inquam, ſolitudo, navis, ſtabulum, carcer, inſtar templi ad ſacros conventus peragendos ſuis.* vid. plur. EUSEBIUM *lib.* IX. *c.* 10. *p.* 298. *ſq.* POLYD. VERGILIUM *de Rerum Inventor. lib.* V. *c.* VI.

ubi

minem tamen illa pietatis, juſtitiæ aliarumque virtutum exercitia latuerunt. (d) *Inſequentibus autem temporibus* TERTULLIANUS *cum ſuis æqualibus* (e) *hujus inſtituti auctores exorti, tantum ei ſtudium adhibuerunt, ut non extorres*

καιοσύνην ἀσκοῦντες καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐπιτηδεύσαντες φανεροὶ παντάπασιν ἦσαν. Οἱ δὲ ἔπειτα, Τερτυλλιανὸς καὶ ἡλικιῶται πρῶτοι τοιαύτην τινὰ σπουδὴν περὶ τόνδε εἰσενηνοχότες δῆλοι, ὥστε τῶν ἱερῶν ἐνίων οὐ τοὺς ἔξω μόνον

modo

---

ubi de templis loquens, qualia erant tempore perſecutionum ſub Nerone, Domitiano &c. ait: *Quo fere toto temporis intervallo tantum aberat, ut aliquod templum a noſtris Chriſtianis publice ædificaretur, ut etiam omnia eſſent occulta, & ſacella potius, atque eadem abdita & plerumque ſubterranea, quam apertis in locis ac publicis fierent.* Quibus adde HOSPINIANVM *de Templis p. m.* 24. *ſqq.*

(d) Teſtes habeo locupletiſſimos &, modo obtrectandi livorem iis abſterſeris, fide digniſſimos: LVCIANVM in *Dialogo de morte Peregrini*, PLINIVM in aurea illa *ad Trajanum Epiſtola lib.* X. *n.* 97. qua de vide TERTVLLIANVM *Apolog. c.* I. *p.* 24. Cæcilium apud MINVCIVM FELICEM & quos non alios: conſule iterum TERTVLL. *Apolog. c.* VI. *p.* 34.

(e) Crederem ſane etiamnum primum fuiſſe TERTVLLIANVM, qui apertam hujus diſciplinæ mentionem fecerit; niſi & ipſe CLEMENS ALEXANDRINVS eandem ſententiam jam antea foviſſe videretur. Satis enim aperte id declarat *Stromat. lib.* V. *p. m.* 574. D. his verbis: οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων πορισθέντα· οὐδὲ μὴν βεβήλοις τὰ τοῦ λόγου μυστήρια διηγεῖσθαι. *Neque enim fas eſt quibuslibet obviis ea expetere, quæ parata fuere cum tot certaminibus, neque profanis Verbi enarrare myſteria.* Quod ipſum etiam præmeditata quadam & ſtudioſa quorundam occultatione exercuiſſe CLEMENTEM infra dicturus ſum ad §. VIII. Haud clarius ſane TERTVLLIANI eſt teſtimonium, in quo ſe occultationis hujus initia inveniſſe plurimi credunt; quandoquidem ait: *omnibus myſteriis ſilentii fides debetur. Apol. c.* VII. *p.* 34. quod idem & ex illis eliciunt, ubi de Gentibus: *Quis Catechumenus, quis fidelis incertum eſt: pariter audiunt, pariter orant,* inquit *Præſcript. c.* XLI. *p.* 339. ad quem locum vide ALBASPINÆVM *p. m.* 461.

Digitized by Google

modo ab Eccleſia, verum etiam nonnullos in Chriſtianorum conſortium jamjam admiſſos a ſacrorum quorundam cognitione ſedulo removerent. Qua de rerum mutatione ſatis hæc quidem temere dicta videri poſſent, niſi vera me locutum res ipſa teſtaretur. Quandoquidem enim Eccleſiam tum temporis in tres ordines quaſi diſpoſitam eſſe comperimus; quorum ille docentibus, iſte fidelibus, hic autem ſacro regenerationis lavacro nondum imbutis adſignatus fuit. (f) *Cuinam igitur non inde ma-*

κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ καὶ τῶν χριστιανῶν τινας σπουδαίως μάλα κωλῦσαι. Ἀπερισκέπτως μὲν ἴσως ταῦτα δοκοίη τινὶ περὶ τῆσδε τῆς μεταβολῆς εἰρημένα, τὰ δὲ παρὰ τούτων γενόμενα τὸ ἀληθὲς τῶν λεχθέντων σαφέστατα ὁμολογεῖ. Τὴν μὲν γὰρ τότε ἐκκλησίαν εἰς τρία ὡσπερανεὶ τάγματα διαμερισθεῖσαν ὁρῶμεν, τὸ μὲν τῶν ἡγεμόνων, τὸ δὲ τῶν πιστῶν, τὸ δὲ μηδέπω τῆς μυστηριώδους διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἠξιωμένων. πῶς ἂν οὖν φανερὸν ἐντεῦθεν, Ἀκροαταὶ ἐπιφ. ἦν-

 niſe-

(f) Salva res eſt; modo diverſos quoque non-initiatorum gradus
ordinesve heic probe teneamus, quandoquidem non omnibus eadem
occultata fuerunt. Nimirum ,, cuicunque divinitus lux oborta quæ-
,, dam mentem injeciſſet ut Chriſtianus fieret, privata quadam in
,, domo, quæ præſtigiæ anilesque ſuperſtitiones paganiſmi eſſent,
,, edocebatur: neque tamen divini verbi ſeu concionum audienda-
,, rum, quæ apud audientes habebantur, facultas dabatur; inde
,, ad altiorem quaſi gradum provehebatur, ad excerpendas ipſas con-
,, ciones, quo in gradu vocabantur *audientes*. Poſteaque ad terti-
,, um deducebatur, ubi particeps conſorsque precum & orationum
,, fieret, quæ apud Catechumenos tertii gradus pronunciabantur,
,, poteratque in genua in ipſa Eccleſia procumbere; Catechumeni
,, iſti *Orantes* & *genuflectentes* dicebantur. Ad extremum rebus o-
,, mnibus illis ex communi conſuetudine transactis, ſacro fonte, da-
,, tis ad eam rem nominibus abluebantur ut inter Electos collocaren-
,, tur, unde *Competentes* nominabantur,, verbis hæc tradidi ALBA-
SPINÆI Antiquitatum Sacrarum ſcrutatoris obſervantiſſimi *lib.* II.
obſerv. II, *p. m.* 134.

nifeſtum AUDITORES, *illam inter fidei conſortes æque ac doctrinæ capita conſtitutam diverſitatem multifariis prærogativis & diſcriminibus inter ſemetipſos anſam præbuiſſe, ſimul & ſubſecutæ ſacrorum occultationi momentum haud ultimum addidiſſe?* (g)

§. II. *Etenim quam magnificam exiſtimationem ſibi ex myſteriis ſuis* (h) *conciliaverit religio Chriſtiana, nemini eſt ignotum; plurima tamen eorum cum non niſi mediante plena fidei perſuaſione percipi a quoquam poſſint,* (i) *quantum adeo illa modo natorum quaſi*

γὲ τῶν ἑταίρων καὶ μαθημάτων διαίρεσιν πολλαπλασίοις προτερήμασι καὶ διαφοραῖς πρὸς ἀλλήλους τὴν πρόφασιν παρασχέσθαι, καὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν ὁσίων ἐπιγενομένην ἀπόκρυψιν μέρος συμβαλέσθαι οὐκ ἐλάχιστον;

§. II. Ἡ μὲν οὖν χριστιανῶν Θεοσέβεια, πάντες ἴσμεν, οἷς ἂν μεγαλύνεται μυστηρίοις· τῶν δὲ πλείστων οὐδενὶ τῶν θνητῶν, εἰ μὴ διὰ πίστεως πληροφορίαν φανερωθέντων, πόσον ἂν οἰητέα, τὴν ἤδη νεόγονον τῶν ἑλλη-

(g) quod pluribus aſſerit & contendit PERTSCH *Verſuch einer Kirchen-Hiſtorie Sec. II. Segm. V. §. I. & VII p.* 117. & 124.

(h) Nimirum ſi ea cœleſtis doctrinæ capita intellexeris, quorum diſtinctam & adæquatam cognitionem intellectus humanus aſſeque non poteſt. Ea enim quo minus humanæ rationi ſunt penetrabilia, eo clarius divinam ſui originem & ſapientiſſimum æque ac ſanctiſſimum Religionis Chriſtianæ Auctorem arguunt, celebrant magnificantque. Adeoque idem homini Chriſtiano de illis pronunciandum quod CICERONI de arcanis divinationum: *non me Deus iſta ſcire, ſed his tantummodo uti voluit. lib.* I. *de Divinat. c.* XVII. *p. m.* 3131. Et EVRIP. *Hel.* εἴποις ἄν, οὕνεχ' ὁ θεὸς οὐκ ἠβούλετο· Sed dicas forte, Deus iſta ſciri noluit. Scilicet hominis eſt hæc opinari, Dei ſcire, ut ait VARRO *fragm. p. m.* 39.

(i) CLEMENS ALEXANDRINUS *Strom. lib. I. p. m.* 273. Ὃ δ' ἂν ἐκ πίστεως ἕληταί τις ἑστιᾶται, βέβαιος οὗτος εἰς θείων λόγων παραδοχήν· κρίσιν εὔλογον, τὴν πίστιν κεκτημένος. *Qui autem ex fide convivari inſtituerit, is ad divinorum verborum ſuſceptionem firmus eſt ac ſtabilis, ut qui judicium, quod bona nititur ratione, nempe fidem eſt conſecutus.*

quaſi Græcorum cognitionem ſuperaverint, quis ſatis æſtimabit? quemadmodum enim ſolidos cibos infantuli concoquere nequeunt, (k) ita quoque parvuli illi, ut ita dicam, Chriſtiani, modo faſciis involuti lacteque nutriendi (l) è veſtigio hæc comprehendere nullo modo potuerunt. Quapropter recens natis illis Eccleſiæ filiolis ea modo ordine diſpoſita tradiderunt, quæ de Deo æterno omnisque originis neſcio, deque Ejus Filio unigenito & de Spiritu Sancto ipſis ſcitu maxime neceſſaria fuerunt. Inſuper ea quoque, quæ divinitus factæ rerum creationis & providentiæ mirabilia, itemque legum diverſimodam ſanctionem tenoremque ſpectant, decenti ratione

νων ἐπίγνωσιν ὑπερβῆναι; τὰ βρέφη οὐ καταπέπτει τὰ στερεὰ τῶν βρωμάτων, τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ νήπιοι, ὡς εἰπεῖν, χριστιανοὶ οἱ ἐν γάλαξιν ἔτι καὶ σπαργάνοις τραφέντες ταῦτ' οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα καταλαβέσθαι. Ἐκ δὲ τούτων τοῖς μὲν νεογενέσι τῆς ἐκκλησίας τὰ πρῶτα, ὥσπερ εἰκὸς, τὰ γνωστὰ μόνον ἐνέτακον τοῦ μὲν Θεοῦ, τοῦ ἐξ αἰώνων ἀγεννήτου, τοῦ δὲ υἱοῦ μονογενοῦς, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος. εἶτα καὶ τὰ τῆς ἐπουρανίου δημιουργίας καὶ προνοίας θαυμάσια καὶ διαφόρου νομοθεσίας δικαιώματα εὐλαβῶς μάλα τούτους παιδευσάμενοι.

fuerunt

(k) ex ore PAVLI *Ebr.* V, 12. *ſqq.*

(l) ita loqui amant Scriptores de infantibus recens natis, & per prima vitæ momenta nutriendis. ÆSCHYLVS χοηφ. v. 742. PHILO JVDÆVS περὶ τοῦ ἐξέυηψε Νῶε, *p.* 275. *A.* de Ismale: παυσαμένῳ τῆς ἐν γάλακτι τροφῆς, *cum lactando finem feciſſet*, Et illa apud EVRIPIDEM *Troad.* v. 753. *ſq.*

- - - διακενῆς ἄρα
ἐν σπαργάνοις σε μαστὸς ἐξέθρεψ' ὅδε·
- - - *ergo fruſtra*
te mamilla in canabulis hæc nutriverunt.

fuerunt edocti; *tandem ad ſacros quoque ſermones aditus patuit Catechumenis*; (m) *aſt ubi ad ſublimia quædam doctrinæ myſteria in oratiane perventum erat*, *eam auribus percipere haud porro datum fuit.* (n)

ἤτοι καὶ λόγοις τοῖς περὶ τῶν θείων παρῆσαν οἱ κατηχούμενοι, ἀλλ' οὐδαμῶς ἐξῆν αὐτοῖς τὰ περὶ βαθυτέρων τινῶν μυστήρια ἀκροᾶσθαι.

§. III. *Varia igitur eaque multa videmus ſupereſſe doctrinæ ac diſciplinæ Chriſtianæ momenta*, *quæ*, *quoad id fieri potuit*, *haud initiatos latuere*; *pluraque adeo doctores illi reticuerunt quam aperte tradiderunt. Quodſi enim Sacri Baptiſmatis & Euchariſtiæ myſteria tantæ fuerunt ſublimitatis*, *ut ex mente* BA-

§. III. Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὁρᾶτε, Ἀκροαταὶ περιφ. καὶ ποικίλα περιεῖναι δόγματά τε καὶ μέρη τῆς παιδείας, ἅπερ καθ' ὅσον ἂν ἐγχωροίη ἔλαθε τοὺς ἀμυήτους, ἀλλὰ δὲ καὶ πολὺ πλείω τῶν ἀποῤῥήτων εἶναι, ἢ τῶν ἐξηγορευμένων. εἰ μὲν γὰρ τάγε περὶ τοῦ βαπτίσματος καὶ εὐχαριστίας

SILII

(m) Catechumenis ſcilicet in ſecundo gradu conſtitutis, quos inde audientes vocaverunt. vid ſupr. *§. I.* (f)

(n) Præterquam enim quod certum ſit Catechumenos ad quartum gradum nondum provectos poſt primam concionem, quam ſecretior fidelium inſtitutio excipere ſolebat fuiſſe dimiſſos, hoc etiam haud obſcure indicat THEODORETUS *Quæſt.* XV. *in Numer.* ἀσήμως διὰ τοὺς ἀμυήτους περὶ τῶν θείων διαλεγόμεθα μυστηρίων, τούτων δὲ χωριζομένων σαφῶς τοὺς μεμυημένους διδάσκομεν· *Obſcure propter non-initiatos de divinis myſteriis diſſerimus*, his vero ſemotis *perſpicue initiatos docemus*. Et apud CHRYSOSTOMUM *Diaconus ille ad fideles diſſerebat*, *nihil autem*, *quam quæ ad myſteria pertinebant eos docebat*, nec haud-initiatos intereſſe permittebat. Unde & in privatis inſtitutionibus eandem ſegregationem fidelium & Catechumenorum obſervatam fuiſſe haud inepte colligitur.

ſtiti (o) *ne oculis quidem aſſequi debuerint rudiores Chriſtiani, quanto magis ergo exiſtimandum, illa de incarnatione Chriſti & eſſentiali cum Patre identitate,* (p) *illa de Spiritus Sancti divinitate, imo quod maximum eſt, & venerabunda admiratione digniſſimum, illud ſcilicet de SS. Trinitate myſteria ipſis fuiſſe occultata? Ad hæc in ſacris quoque cerimoniis,* (q) *fidei*

μυϛήρια τοιαῦτα, ἅπερ κατάγε μὲν τὸν ἐν ἁγίοις Βασίλειον ὐδὲ μὲν ἐποπτεύειν ἐξῆν τοῖς ἀμυήτοις, ἐπὶ πόσῳ δ᾽ ἄρα χρὴ νομίζειν τὰ μὲν περὶ τῦ χριςῦ ἐνανθρωπήσεως καὶ ὁμουσίας, τὰ δὲ τῦ πνεύματος ἁγίυ θεότητος, καὶ τὸ δὴ μέγιϛον, ἅμα δὲ καὶ πάνυ θαυμαϛὸν τῆς παναγίυ Τριάδος αὐτοῖς καταχρυβῆναι; ὐμὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῖς εἰρημέ-

D ſym-

(o) *de Spiritu Sancto cap. XXVII. Tom. II. p.* 352. quid vero potiſſimum Catechumenis circa Sacramenta occultatum fuerit, id exquiſite docet CASAUBONUS *ad Baron. Exerc XVI. p.* 493. *ſq.*

(p) *Difficillimum ſane opus eſt, & ſupra omnem orationis facultatem poſitum, myſteria Chriſti pro dignitate explicare. Nam Numinis magnificentiam ne illi quidem, qui eam mente cogitatione neque aſſequi queunt, ſatis pro dignitate ſua ulla orationis facultate explicare poſſunt,* inquit Conſtantinus Imper. apud EVSEBIVM.

(q) quæ τελεταὶ itemque μυϛήρια ſubinde a Scriptoribus Eccleſiaſticis vocantur, uſu cum profanis Auctoribus communi. Τελετάς τε καλῦμεν τὰς ἔτι μείζυς, καὶ μετά τινος μυϛικῆς παραδόσεως ἑορτὰς, τῶν εἰς αὐτὰς δαπανημάτων ἕνεκα. *Teletas nimirum appellamus, feſtorum ſolenniores celebritates cum arcanis & myſticis quibusdam ritibus traditas, ob illam quæ fit impenſam:* ait ATHENÆUS *lib. I. p. m.* 40. *D.* Et nubium Chorus Athenas verſus properans *inter alia* de illa urbe prædicat:

ὖ σέβας ἀρρήτων ἱερῶν ἵνα
μυϛοδόκος δόμος
ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται·
ubi celebratio ineffabilium ſacrorum: ubi

arca-

ſymbolis & orationibus, tam in Dominica, quam quæ publice in Eccleſia peractæ ſunt, myſteria quædam fuere repoſita,

νοις ϗ τῶν θεσμῶν ἅγια ϗ τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, ϗ προσευχαὶ, ἡ μὲν τοῦ Κυρίου, αἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας μυστ-

quæ

---

arcana conſervans domus
& ſacra ceremonia oſtenduntur;

apud ARISTOPHANEM *Neb.* v. 219. μυστηρίων vero vox, ſive ad Hebræos, ſive ad Græcos potius fontes originem ejus referas, uti SCHOLASTES ARISTOPHANIS *ad Barrach.* v. 459. *reconditum quid & a communi ſenſu remotum* indicat; utut ad quævis ſacra & ceremonias deſignandas ſubinde a Scriptoribus Græcis adhibeatur. Quemadmodum apud XENOPHONTEM *Hiſt. Grac. lib.* I. *p. m.* 257. *ſq.* Alcibiades ad judices delatus ὡς ἠσεβηκὼς ἐς τὰ μυστήρια, *tanquam qui myſteria violaverit*, paulo poſt coram Senatu ſui ipſe cauſam dicit his verbis: ſe πρότερον μὲν τὰ μυστήρια τῶν Ἀθηναίων κατὰ θάλατταν ἀγόντων διὰ τὸν πόλεμον, κατὰ γῆν ποιῆσαι· *primum myſteria Athenienſium* (cave putes Eleuſinia) *quæ tum mari propter bellum deducebantur, terra celebraſſe.* EVRIPIDIS *Oreſtes* v. 87.

ἀφῖγμαι ἐκ θεοῦ μυστηρίων,
venio ex ſacris divinis.

Eadem vero apud APOLLONIVM *lib. I.* v. 920. ὄργια audiunt, cujus en verba dabo:

Νῆσος ὁμῶς κεχάροιτο, καὶ οἳ λάβον ὄργια κεῖνα
Δαίμονες ἐνναέται, τὰ μὲν οὐ θέμις ἄμμιν ἀείδειν.
Inſula pariter valeat cum illis, qui has obtinent ceremonias
Loci genius, quas carmine proſequi nefas habemus.

ad quæ SCHOLIASTES: ὄργια. τὰ μυστήρια. παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν. *Orgia dicuntur ſacra arcana, a voce* εἴργειν *quod ab illis non initiatos arcemus* Alias *Orgia* ſpeciatim dicta ſacra Bacchi, quorum apud Thraces auctor Orpheus perhibetur. vid. ALEX. ab ALEXANDRO *Dier. Genial. lib. VI. fol. m.* 463. de quibus ORPHEVS *Argon.* v. 28. loquens, ea vocat

χρησμοὺς ἀῤῥήτους νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος,
Sacra nocturna ſilenda Bacchi regis.

IDEM

quæ reticenda ad tempus putarunt myſtici ejus ætatis Doctores. (r)

§. IV. *Equidem hæc apud omnes in confeſſo eſſe arbitror. At quid vetat, quominus etiam teſtes accerſam? nihil omnino. Etenim non ſolus eſt, cui eadem mens inſidet* ATHANASIUS, *qui ſuo olim tempore variis in luctis egregie moverat lacertos,* (s) *nunc vero de perenni immortalitate æternum lætatur. Sed conſentiunt quoque* CYRILL. HIEROSOLYMI-

κόν τι κατέχουσιν, ὅπερ ἂν ἔνδον ὡς ὁ πολὺ ἐτυράννο οἱ τότε μυστοπόλοι.

§. IV. Τοιαῦτα δὲ ὅτι μάλιστα ὁμολογουμένως οὑτωσὶ διάκειται· ἢ οὐκ εὔπορον μάρτυρας τῶν λεγομένων εὑρεθῆναι; παντελῶς ἄρα. οὐ μὲν δὴ μόνος συγκατατίθεται τὴν δόξαν αὐτὴν ὁ μὲν πάλαι πολύαθλος, ἐκ δὲ τούτου τῇ ἐν ὄντι ἀθανασίᾳ συνεχῶς ὑπερησθεὶς Ἀθανάσιος, ἀλλὰ καὶ συνῳδὰ τούτῳ καὶ σύμφωνα φρονοῦσι Κύριλλος ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων, ἑκάτερος ὁ Γρηγόριος, καὶ σχεδὸν ἅπας ὁ πά-

IDEM vero etiam apud Samothraces ait eſſe

ὄρκια φρικτὰ θεῶν, ἄῤῥητα βροτοῖσιν·

Sacra tremenda Deorum, intemeranda hominibus,

Argonaut. v. 465. Priora autem ARISTOPHANES æque ac reliqua ſacra τελετάς vocat *Batrach.* v. 1064.

Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ᾽ ἡμῖν κατέδειξε· – –

Orpheus namque nobis ſacrorum ritum celebrationem oſtendit. – –

(r) SS. Patrum teſtimonia, quibus hæc ſingillatim probari poſſunt, a CASAVBONO & BINGHAMO ll. citt. abunde ſatis collecta huc tranſcribere ſuperſedeo. de Dominica Oratione vid. ſpeciatim ALBASPINÆVM *lib.* I. *obſerv.* XIX. *p. m.* 91.

(s) vid. RVFFINI AQVIL. *Hiſt. Eccleſ. lib.* I. ATHANASII, quæ huc ſpectant, verba legas *Apol.* II. *Tom.* I. *p.* 731. *B.* οὐ χρὴ τὰ μυστήρια ἀμυήτοις τραγῳδεῖν· *Myſteria non-initiatis prodere nefas eſt.*

TANUS, *uterque* GREGORIUS *& vere univerſa venerabilis divinorum ejus temporis Patrum corona:* (t) *e quorum copia unum ſaltem vel alterum, qui dilucide magis hæc nobis tradidit, in ſcenam producemus. Præter* TERTULLIANUM *igitur, & eos qui primi hujus diſciplinæ paraſtatæ fuerunt, primum omni jure compellare mihi videor* CHRYSOSTOMUM, (u) *qui oris æque gravitate ac ſuaviloquentia tantum cæteros ſuperavit, ut multi etiam inter ejus diſcipulos locum affectarent. Ita vero Ille:* myſteria clauſis foribus celebramus, & ab illis non initiatos removemus. *Calculum addit* CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, (x) *qui* myſteria, *inquit*, co-

τυ σεβάσμιος χορὸς ὁ τῶν Θεοφόρων τότε πατέρων. τῶν δὲ πολὺ πλείστων, ἵνα τινὰ ἢ ἕτερον ἀκριβῶς τάδε ϗ πολλῆς μετὰ σαφηνείας ἐπιδειξάμενον ἐς ὑμᾶς ἀγώμεθα. Μετὰ μὲν οὖν τοὺς ἀμφὶ Τερτυλλιανὸν τῆς παιδείας τοιαύτης ἐξ ἀρχῆς ἐφαψαμένους, τὰ πρῶτα, ὥς ἔμοιγε δοκεῖ, φέροιτ' ἂν ὁ πάνυ Χρυσόστομος, τῇ περὶ τοὺς λόγους δεινότητι καὶ εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους εἰς τοσοῦτον ὑπερβαλὼν, ὥστε ϗ πολλοὺς τούτων ἐπιθυμῆσαι αὐτοῦ μαθητὰς γενέσθαι. λέγει δὲ τάδε· τὰ μυστήρια τὰς θύρας κλείσαντες ἐπιτελοῦμεν, καὶ τοὺς ἀμυήτους εἴργομεν. συμμαρτυρεῖ δὲ τούτοις Κύριλλος ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων, τὰ μυστήρια, λέγων, οὐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι, οὐδὲ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ

ram

(t) qui a BINGHAMO *l. ſupr. cit.* CASAVBONO *l. c. p.* 490. *ſqq.* KORTHOLD *de Silentio Sacro p.* 6. *ſq.* allegantur.

(u) *Homil.* XXII. *in Matthaum. Tom*, *I. p.* 288, *C.*

(x) *Catech.* VI. *p.* 60, *C.*

ram gentibus explanare nefas eſt, neque de iis coram Catechumenis aperte loquimur, ſed multa ſæpius docemus obtecte. *Audiviſtis igitur hos uno quaſi ore eandem profiteri ſententiam*, AUDITORES. *At enim vero non parum roboris ei accedit ex conſenſu Latinorum Patrum, integerrimorum pietatis & virtutis Doctorum. Mittam vero in præſentiarum* AUGUSTINUM & HIERONYMUM *aliosve, qui eadem nobiſcum ſentiunt, celebratiſſimos viros; ſolus heic loquatur* AMBROSIUS (y) *haud obſcuri nominis Scriptor. Nimirum ex illius ſanctione* myſteria latere debent, & fidei ſilentio, veluti ſigillo obſignari, ne temere divulgentur.

§. V. *Tanta adeo, tantorumque teſtium nos nubes circumſtat*, AUDITORES. *Ecquis igitur non miretur oculorum, qua diſſentientium nonnulli laborant, imbecillitatem? quorum alii diſciplinæ*

πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως. Τοὺς μὲν δὴ μιᾷ γνώμῃ καὶ ὥσπερανεὶ ἐξ ἑνὸς ςόματος συνιςαμένους ἀλλήλοις ἠκούσαμεθα Ἀκροαταὶ Περιφ. καὶ μὴν δὴ ϗ οὐκ ὀλίγον εἰς τὸ τῶν νοημάτων βεβαίωμα συμμάχονται οἱ τῆς ἀπλανοῦς εὐσεβείας ϗ κατ' ἀρετὴν πολιτεύματος Ῥωμαϊςὶ φωνοῦντες διδάσκαλοι. ἀφέμενος δὲ τὸν μὲν Αὐγουςῖνον ϗ Ἱερώνυμον καὶ ἄλλους τινὰς εὐδοκιμωτάτους μὲν πάνυτι ἐπὶ τοῖς λόγοις ἄνδρας ταὐτὰ λέγοντας, ἑνὸς ἐπιμνηθήσομαι τοῦ Ἀμβροσίου. κατάγε μὲν τοῦτον, ὁπόσον δὲ ἄνδρα, τὰ μυςήρια ἐπιλαθεῖν χρὴ, ϗ τῆς πίςεως σιωπῇ ὥσπερ σφαγῖδι τινὶ κατακρυφθῆναι, ὅπως ἂν οὐκ ἀπεριςκέπτως ἐξορχήσῃ.

§. V. Τῶν μὲν οὖν μαρτύρων τοσοῦτον ἔχοντες περιουσίας ϗ σεμνότητος περικείμενον Ἀκρ. Περιφ. πῶς ἂν οὐ θαυμάσειέ τις πρὸς ταῦτα διαφωνοῦντας ἀβλεψίας; τοὺς μὲν τινας πρὸς τὸ δεινὸν

 rigorem

(y) *lib. I. de Abrahamo c. V.*

rigorem ægre ferunt; alii difficultatem rerum inextricabilem, abſurditatem item & indecorum & quæ ſunt hujusmodi, cauſantur. (z) *Etenim niſi omnia me fallunt, haud incongrue ſtatuitur, Eos non vanæ laudis vel ſimultatis ſtudio conſulentes,* (a) *ſed ex aliis forſitan iisque juſtiſſimis cauſis, maxime vero ut omnia ordine & decore peragerentur, hanc diſciplinam induxiſſe. Alios autem facilius puto in eandem nobiſcum ſententiam abituros, ſi quonam maxume modo myſteria celaverint Doctores, in ſequentibus expoſuero.*

§. VI. *Silentium a natura cuivis facillimum eſſe: vetus*

τῆς παιδείας χαλεπαίνοντας, ἑτέρους δὲ τὸ ἀμήχανον καὶ παράδοξον καὶ ἀπρεπὲς τῶν πραγμάτων ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων προφασιζομένους· ἣν μὲν γὰρ ἐγὼ γνώμης οὐχ ὅλως ἁμάρτω, δοκεῖ μάλα γνῶναι, οὔτε κενοδοξίας τινὸς, οὔτε φιλοτιμίας χάριν, ἀλλ' ἐπὶ δικαίοις τισὶν ἄλλοις αἰτίοις, μάλιστα δὲ τῇ εὐτάξει καὶ εὐσχημοσύνῃ τάδε πάντα τοῖς ἡγεμόσι γενέσθαι. Τοὺς δὲ λοιποὺς οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν οὐ ῥᾳδίως μεταπείθω, ἐν τοῖς ἐφεξῆς δεικνύναι μέλλων, καθ' ὁντινοῦν ποτε τρόπον τὰ μυστήρια κατεκαλύφθη.

§. VI. Τὸ μὲν σιγᾷν εὐπρακτότατον ἂν εἶναι τῇ

ait

(z) qualia loquentes introducit ALBASPINÆVS *ad Tertull. de Præſcript. c.* XLI. *p. m.* 462.

(a) ita pronunciat AVGVSTINVS *lib. de Vera Relig. c.* XXVII. *a magnis*, inquit, *& ſpiritualibus viris Eccleſia catholica alumnis cautiſſime providetur, ne quid populariter agant, quod nondum eſſe temporis ut cum populo agatur intelligant. Alimenta lactea infundunt. Validioribus autem cibis cum ſapientibus paucis veſcuntur. Sapientiam enim loquuntur inter perfectos, carnalibus vero & animalibus, quamvis novis hominibus adhuc tamen parvulis nonnulla obtegunt, ſed nulla mentiuntur. Non enim honoribus ſuis vanis conſulunt & inanibus laudibus, ſed utilitati eorum, cum quibus ſocietatem vita humana inire meruerunt.*

ait proverbium. (b) *Aſt quantum e diverſo negotii faceſſivit iis qui primam hujus diſciplinæ curam in ſe ſuſceperunt, quibus id cavendum erat, ne vel auſcultatione, vel inſpectione & lectione myſteria perciperent imperfectiores illi Chriſtiani? Age ergo videamus, quomodo in unoquoque*

φύσει, λόγος φησὶν ὁ παλαιός. πόσος δὲ τὐναντίον πόνος προσῆν τοῖς πάλαι τοσαύτην πρὸς αὐτὸ εὐλάβειαν ποιησαμένοις, ὥστε τῆς οὐ μόνον μυστηρίων ἀκροάσεως, ἀλλὰ δὲ καὶ ἱερουργίας ἐπισκέψεως καὶ ἀπορρήτων ἀναγνώσεως τοὺς ἀτελεστέρους ἀποτρέπεσθαι. σκεπτέον δ' ἄρα

torum

(b) apud CVRTIVM *lib.* IV. *c.* 6. Idem Græci quoque paſſim commendant. PROCLVS *ad Heſiod. p. m.* 153. ÆSCHYLVS ΧΟΗΦ. ꝟ. 570. *ſq.*

ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια·
Vobis autem commendo ut lingua favente utamini,
ut ſilere & loqui utrumque opportune poſſitis.

Aſt valent tamen etiam ſuo loco, quæ apud EVRIPIDEM *Oreſt.* ꝟ. 637. pronunciavit Menelaus:

– – ἔστι δ' οὗ σιγὴ λόγου
Κρείσσων γένοιτ' ἄν. ἔστι δ' οὗ σιγῆς λόγος·
– – eſt ubi ſilentium
Orationi præſtet: eſt rurſus ubi oratio ſilentio.

Sed circa Sacra, præcipue Sacrificia, ſilentium quoque a Præcone imperari ſolitum HOMER. *Iliad* II. ꝟ. 97. 280. EVRIPIDES *Hecub* ꝟ. 531. &c. quod vero cum illa taciturnitate, qua ſacra peracta nemini enunciare tenebantur initiati, non eodem modo ſuſceptum velim. De hoc forte intelligendus PHILOSTRATVS παροιμιάζων de Apollonio ejusque comitibus: ὥσπερ ἐν μυστηρίοις ἐσιώπων, *omnes veluti in myſteriis ſilentium tenuerunt.* ubi Cereris ſacra ſubſumunt Interpretes. vid. *de Vit. Apollon. lib.* I. *c.* XV. *p.* 17. quæ ἄρρητα ἱερά, *ineffabilia vel non enuncianda ſacra* inde dicuntur ab ARISTOPHANE *l. ſupr. cit ad §.* III quo de ſilentio vid. MEVRSIVS *de ſacris Eleuſiniis c.* XX. apud GRONOVIVM *Theſ. Antiq. Græc. Tom.* VII. *p.* 150. *ſeq.*

borum momento fuerint verſati. Nimirum ex antea dictis apparet, publicos illos Doctores alia atque alia ratione ea quæ ſilentio erant involvenda occultaſſe: dum vel myſtica docendi ratione vel præmeditata dictionis obſcuritate in hanc rem utebantur.(c) *Cui non defuit ipſorum Fidelium & Diaconorum ſtudium, qui a ſecretiori & exquiſita rerum divinarum inſtitutione omnes non-initiatos ſtrenue removerunt. Alta namque hi voce proclamarunt: Procul faceſſant non participantes! Prodeant illuminati! ne quis Catechumenus, ne quis audiens, ne quis infidelis inter-*

νυνὶ ὅπως ποτὲ καθ' ἕκαστον τούτων διατρίβοντες τύχωσι. Τοὺς μὲν δὴ δημογόρους ἐκ τῶν ἄρτι λεχθέντων ἴστε εὖ μάλα τὰ σιωπητέα συγκρύψαι, εἴτε μυστικῇ τινι ὁδῷ χρησαμένους, εἴτε τὸν λόγον ἄλλως πως σκοτισαμένους. ἀλλὰ δὲ καὶ οἱ πιστοὶ καὶ πρὸς ἱερὰ διακονοῦντες ἅπαντας ὅσους ἀπὸ τῆς ἔσω καὶ ἀκριβοῦς μυσταγωγίας ἀπήλλαγον. ἦσαν γὰρ μεγάλῃ φωνῇ ἀνακραγόντες οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε· προέλθετε οἱ φοτιζόμονοι· μήτις κατηχουμένων. μήτις ἀκροωμένων. μή τις ἀπίστων. συμμαρτυρήσας τούτοις ὁ Θεοδώρητος ἀσήμως, φησὶ, διὰ

ſit.

(c) *Quis ita hoſpes in Patrum lectione, cui ſit ignota formula, in mentione Sacramentorum potiſſimum uſu trita,* ἴσασιν οἱ μεμυημένοι, *norunt initiati quod dicitur; qua formula in unius Chryſoſtomi homiliis, aut aliis ſcriptis minimum quinquaginta locis poteſt obſervari:* CASAVBONVS ait *ad Baron. Exerc.* XVI. *p.* 490*b.* Scilicet inopinata hac ἀποσιωπήσει & abrupto derepente orationis filo, Sacri Præcones iſti ea quæ reticenda erant in ſe quaſi receperunt; neque omnia quæ de ſuſcepta materia dicenda erant, penitus enarrare auſi ſunt, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ, *ne quis non-initiatorum exaudiat*, ut loquitur PLATO apud CLEMENTEM ALEXANDRINVM *lib.* V. *Strom. p. m.* 562. *C.* & alii Patres ſæpe. Specimina hujus occultationis videſis apud CASAVBONVM *l. m. c. p.* 491. & KORTHOLD. *Pagan. Obtrect. c.*XVII. *p.* 157. *ſq.*

ſit. (d) *Comprobat hæc ſuo teſtimonio* THEODORETUS (e) *dicens:* obſcure de divinis myſteriis propter non-initiatos diſſerimus; his vero ſemotis, initiatos aperte docemus. *Adhæc ſi quando cum gentilibus converſabantur Catechetæ & vel myſtici illi Doctores, eo quo fieri potuit ſtudio ſermonem ita compoſuerunt, ne qua*

τὺς ἀμυήτυς περὶ τῶν θείων διαλεγόμεθα μυςηρίων, τέτων δὲ χωριζομένων σαφῶς τὺς μεμυημένυς διδάσκομεν. πρὸς δὲ τύτοις οἱ ὁμιλήσαντες τοῖς ἔθνεσι κατηχηταὶ, ἢ μυςαγωγῦντες τὺς ἀκηκόυς, ἐπιμελείᾳ, ᾗ δυνατὸν μάλιςα, τὸν λόγον τηλικῦτον ἐποιῦντο, ὥςε μή τι τῶν μυςικῶν ᾗ τελειοποιῶν τῆς εἰς

fidei

(d) Haud diſſimiles his illæ ſunt formulæ, quibus & a gentilium Sacrorum conſpectu profani removebantur. ORPHEVS in *fragmentis* a STEPHANO collectis *Poëſ. Philoſ. p.* 78. v. 1.

φθέγξομαι οἷς θέμις ἐςί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι,
πάντες ὁμῶς·

Eloquar iis quibus hæc audire fas eſt, fores autem claudite
v. *prehendite profani,*
Omnes ſimul.

Falſo hunc locum Muſæo adſcribunt Authores Lexici Græco-Latini Baſileenſis, *voc.* βέβηλος. Et nonnihil variatum eundem exhibent POTTER *Archaeol. Græc. lib.* II. *c.* IV. apud GRONOVIVM *Vol.* XII. *p.* 235. *C.* & ex eo forte PFEIFFER *Antiq. Græc. lib.* I. *c.* XXXIX. *p.* 86. ita enim legitur apud JVSTINVM MARTYREM ex quo ſe cum excerpſiſſe STEPHANVS indicat *l. c.* CALLIMACHVS *Hymn. in Apoll.* v. 2.

- - ἑκὰς, ἑκὰς ὅςις ἀλιτρὸς,
- - *procul, procul faceſſat iniquus.*

Apud SILIVM *lib.* XVII. v. 26. *ſqq.* proclamavit

- - *puppe e media magno clamore ſacerdos:*
Parcite pollutis contingere vincula palmis,
Et procul hinc moneo, procul hinc quæcunque profana
Ferre gradus, nec vos caſto miſcete labori.

Tandem & apud VIRGILIVM *Æneid.* VI. v. 258.

- - *procul, ô procul eſte profani,*
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco.

(e) ſupra jam allegatus ad §. II.

Digitized by Google

fidei Chriſtianæ doctrina ſua ipſorum incuria evulgaretur. (f)

§. VII. *Ab intuendis vero ſacris ritibus haud difficile erat non imperfectiores modo Chriſtianos, verum & extorres ab Eccleſia, Judæos pariter ac Græcos, detinere: dum nocturna tempeſtate* (g) *foribusque clau-*

χριστὸν πίστεως διδαγμάτων ἀμελῶς ἐκφανῆναι.

§. VII. Τῦ δὲ ἐπισκέπτεσθαι τὰ ἱερὰ τῶν θεσμῶν οὐ τοὺς ἀτελεστέρους μόνον τῶν Χριστιανῶν, ἀλλὰ καὶ ἀκοινωνήτους τῶν Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων εὐχερῶς ἐκωλύσαντο, διὰ μὲν τῆς νυκτὸς τὰ

ſis

(f) Quo facit illud AVGVSTINI illuſtre exemplum, cum Maximo Madaurenſi per literas caute & circumſpecte colloquentis, vid. CASAVBONVM l. ſæpius *cit. p.* 494*b.* Idem ſtudim in Pythagoreis collaudat JAMBLICHVS *de Vita Pythagoræ c.* XXXII. p. 191.

(g) Nocti utique ceu fideli arcanorum cuſtodi plurima Sacra concrediderunt Chriſtiani: *ἐπειδὴ καὶ βελτίων ὁ καιρὸς πρὸς βουλάς· quandoquidem tempus illud (noctis puta) ad capienda conſilia magis eſt accommodatum*, ut inquit PHILOSTRATVS *de Vit. Appollon. lib.* III. *c.* XXVI. *p. m.* 117. Meminit nocturnarum convocationum TERTVLLIANVS *ad uxorem lib.* II. *c.* IV. Idemque *lib. de Fuga in Perſec.* ait: *Si colligere interdiu non potes, habes noctem.* Morem videlicet Gentilium & hac in parte eos, puto, quadam ratione imitari voluiſſe; quibus frequentia admodum fuere Sacra celebrata nocturna Etenim Romanos ſaera nocturna ſemper improbaſſe, non ei perſuaſerit CASAVBONVS, qui locum CICERONIS ab Ipſo quoque citatum penitius inſpexerit. vid. Eum *Lib.* II. *de Legib. cap.* XXIV. *Vol.* IX *opp. p.* 3:62. *ſq* ubi recenſitis Græcorum, Athenienſium præſertim ſacris nocturnis, ad illa Romanorum reverſus in Bacchanalia factam a Senatu animadverſionem laudat quidem & comprobat, aſt legitimam & rite peractam eorum celebrationem non impugnat. *Hæc namque ſacra*, (Bacchanalia) *quum ex diurnis nocturna fierent, unde Nictyleja appellata ſunt, promiſcuis ingenuorum & fœminarum ſtupris, cum ſtrepitu & ululatu in omne facinus & libidinem, perpetuo ſenatus conſulto, non in urbe modo, ſed per omnem Italiam coërcita fuere: maximisque pœnis inhibitum ne Bacchanalia Romæ, neve in Italia fierent, quum in contubernio ſordidiſſimorum patrarentur, eſſentque maximorum ſcelerum cauſa & ſeminarium:* prout refert ALEX. ab ALEXANDRO *Genial. Dier.*

lib.

ſis pleraque ſacra celebraverunt. Teſtes huc voco clariſſimos illos duumviros AUGUSTINUM (h) & CHRYSOSTOMUM. (i) *Dignum etiam eſt, quod heic celebretur, Oſtiariorum ſtudium, qui, ne quis infidelis aut non initiatus ingrederetur, ſolicite cuſtodiverunt.* (k)

πλεῖςα τῶν ἱερῶν διατελοῦντες, τὰς δὲ θύρας ἀποκεκλεισμένας ἐσχηκότες. Μάρτυρα τούτων τὸν πάνυ Αὐγουςῖνον ἐπάγειν ἐςὶ, ϗ Χρυσόςομον. ἔτι δὲ καὶ ἀξιομνημόνευτος ἐνθάδε τῶν θυρωρῶν σπουδὴ, φυλασσομένων δηλαδὴ μή τις ἄπιςος εἰσέλθοι, μήτις ἀμύητος.

§. VIII. *At ex diſſentientium partibus forte quiſpiam arbi-*

§. VIII. Ἀλλ' ἴσως δῆτα νομίσειέ τις τἀναντία

---

lib. VI. *fol. m.* 363*a*. pluribus de his agit DEMPSTER *ad Roſinum p. m.* 186. Ecquid Iſidis Sacra? ea ſane non per abuſum & deſuetudinem introducta, nocturna a Romanis tempeſtate celebrata ſunt. Unde *caſta noctes* illæ dicuntur PLINIO. TIBVLLVS *lib.* I. *Eleg.* III, v. 29. *ſq. coll.* v. 23.

Et mea votivas perſolvens Delia noctes
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat.

vide iterum DEMPSTER. *l. c. p.* 262. Et Priapi, ni fallor, Sacra ſunt, de quibus anus illa apud PETRONIVM *Satyr. c.* 17. *Protendo ad genua veſtra ſupinas manus petoque & oro, ne* nocturnas religiones *jocum riſumque faciatis, neve traducere velitis tot annorum ſecreta, quæ mille vix homines noverunt.* ad quæ vide omnino *Commenta* GONSALII de SALAS in edit. BVRMANNI *p.* 81. Quæ apud Græcos noctu ſacra peracta fuerint, ampliſſime docent CLEMENS ALEXANDRINVS *Protrept. p.* 13. *ſq.* & CASAVBONVS *l. c. p.* 481.

(h) *de Symbolo ad Catech. lib.* II. ubi *Sacramentorum*, ait, *rationem, ſive tranſacta noctis, ſive præſentis ſancti ſymboli exponendam ſuſcipimus ſanctitati veſtræ.*

(i) vid. ſupr. ad §. IV.

(k) Hoc tamen peculiare Oſtiariorum munus conſtituiſſe, perſuaſurus ſum nemini: attendens nimirum ea quæ tradit BINGHAM *lib.* III. *c.* VI. §. III.

Digitized by Google

arbitrabitur, maximam hujus occultationis difficultatem in lectionis prohibitione ſe manifeſtaſſe; quod equidem non negaverim, quatenus haud probabile videtur, eas res atque dogmata ſilentio obtegi & a rudiorum conſpectu removeri potuiſſe, quæ per Sanctorum Patrum aliorumque Doctiſſimorum Scriptorum monumenta inde a multis retro temporibus in omnium fere oculos inciderunt. Ad hæc regeret forte: profundiſſima eaque ſumme veneranda myſteria in Sacris paginis eſſe revelata, adeo quidem clare, ut qui Hebrææ & Græcæ linguæ haud fuerant ignari, inde ea cognoſcere facile potuerint. Et hoc largiar in quantum negari nequit. At enim ſalva res eſt; ſatis enim facile ipſis erat hæc Divinorum Virorum & ſanctorum Patrum ſcripta rudiorum manibus excludere, quum horum pauciſſima tunc exemplaria inter illos verſaban-

τούτοις νοήσας ἐν τῇδε τῇ ἀπαλλάξει τῶν ἀπορρήτων ἀναγνώσεως τὸ χαλεπώτατον τοῦ πράγματος καταστῆναι. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἀντιλέγω, καθ' ὅσον οὐχ οἷόν τε, φησὶ, τὰς μὲν. πράξεις καὶ παιδεύματα παντάπασι κατακρύψαι τε καὶ σιωπῆσαι, ἅπερ διὰ τῶν ἁγιωτάτων τε πατέρων συγγράμματα καὶ τῶν ἄλλων ἐλλογιμωτάτων ποτὲ γραφίων ὑπομνήματα ἐκ πολλοῦ πάνυ τι χρόνου σχεδὸν εἰς πάντας ἐξεφοίτησαν· ἔτι δὲ, τὸ μὲν πάντων δεινότατον, τὰ βαθύτατα τῶν σεβαστῶν πάνυ μυστηρίων, φαίη τις ἄν, ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ἀποκαλυφθῆναι, ἐξ ὧν μέντοι ἑλληνικῆς τε καὶ ἑβραΐδος φωνῆς οὐκ ἀμαθέσιν ἐνῆν αὐτὰ καταγνῶναι. ἔστω δὲ καὶ ταῦτα, ὡς ἐν ὄντι ἀνυπεύθυνα. ἀλλὰ μέντοι οὐδὲν ἐμποδὼν ἐγένετο ἐντεῦθεν τό γε τῶν Θεοπνεύστων ἀνδρῶν καὶ ἁγιωτάτων ἐκκλησίας πατέρων ἀπόγραφα, ἅτε ὀλίγα πάνυ ὄντα, τοὺς ἀμυήτους ἐπιμελῶς ἀφελέσθαι. τοὺς δ' ἐπιόντας τοῖς προειρημένοις χρόνους τῇ αὐτῇ εὐλαβείᾳ κεχρῆσθαι, ἀντὶ πολ-

tur.

tur. (l) *Idem vero ſtudium ſequentibus etiam temporibus adhuc viguiſſe, ſuo illuſtri exemplo conteſtatur* SOZOMENUS. (m) *Is enim non auſus fuit, ceu ipſe fatetur, ſymbolum illud, ab Epiſcopis in Synodo Cplitana congregatis conditum, ſuæ Hiſtoriæ inſerere; veritus, ne rudiorum quidam in ſuo libro talia legerent, quæ nonniſi Doctoribus & Myſtis legere & audire conveniret. Modum igitur hujus occultationis, quantum in me erat, explanavi* AUDITORES. *Age nunc, rationes quoque diſpiciamus.*

λῶν ἄλλων ἐνὶ τῷδε Σωζομενῦ παραδείγματι ἐπιδεῖξαι ἀρκείσθω. ὐκ ἐτόλμησεν ὗτος, ὥσπερ φησὶ, τὸ σύμβολον τῆς ἐν Κωνςανλίνυ πόλει συναρεσάσης τοῖς Ἐπισκόποις πίςεως τῇ ἱςορίᾳ παραθέσθαι, διὰ τὸ ὐκ ἀπεικὸς εἶναι τῶν ἀμυήτων τινὰς τῇ ἑαυτῦ βίβλῳ ἐντυχόντας ἀναγνῶναι, οἷα δὴ μυςαγωγοῖς μόνοις καὶ μύςαις λέγειν προσήκει καὶ ἀκύειν. Τὸν μὲν ὖν τρόπον τῆς ἀποκρύψεως τοιαύτης ὑπέφηνα ὑμῖν τὸ κατ᾽ ἐμὲ εἶναι Ἀκρ. ἐπιφ. τὰ δὲ αἴτια ἐν τῷ παρόντι, φέρε, σκεψώμεθα.

§. IX.

(l) Conſtat huic argumento robur ex TERTVLLIANI teſtimonio, *lib. de Teſtim. animæ c.* I. *p.* 124. ubi *Viderint*, ait, *ſi qui de unico & ſolo Deo pronunciaverunt. Imo nihil omnino relatum eſt, neque omnes ſciunt; neque qui ſciunt, conſtare confidunt. Tantum abeſt ut noſtris literis annuant homines, ad quas nemo venit niſi jam Chriſtianus.*

(m) vide EVM *Hiſt. Eccleſ. lib.* I. *c.* XX. *fin.* Quo eodem ſtudio ipſi jam præiverat CLEMENS ALEXANDRINVS qui *Strom. lib.* I. *p.* 276. *C.* diſerte ait: *ſe conſulto nonnulla in ſcribendo prætermiſiſſe, quæ alias etiam dicendo proferre non auſus fuerit; non invidens quidem, quod nefas ipſe duceret*: δεδιὼς δὲ περὶ τῶν ἐντυγχανόντων, μήπῃ ἑτέρως σφαλεῖεν. καὶ παιδὶ μάχαιραν, ἥ φασιν οἱ παροιμιαζόμενοι, ὀρέγοντες εὑρεθῶ. *metuens vero iis, qui in ea inciderent, ne in aliam forte partem accipientes laberentur, & puero gladium, ut proverbio dicunt, præbere invenirentur.*

§. IX. *Nimirum, cum Eccleſia ex confluentibus undiquaque gentibus ampliſſima incrementa cepiſſet, Sanctiſſimos ejus temporis Patres haud absque ratione, ſed neceſſitate magis inductos ei præcaviſſe, quis non cognoverit? ne pretioſa fidei cimelia cuivis inconſiderate patefacerent; neve quem ſacris initiarent, cujus non perſpectam haberent voluntatem ac intentionem.* (n) *Laudabili ergo prorſus ſtudio id curavere, ne quis ſpectator & diſcipulus ingreſſus, proditor exiret, atque contemptor. Præter hæc vero ipſa quoque doctrinæ ſublimitas ſe cuivis a primo ſtatim momento propinari haud permiſit. Siquidem & Philoſophiæ ſtudio addicti ſi principiis fundamentalibus jam fuerint imbuti, faci-*

§. IX. Τῆς μὲν οὖν ἐκκλησίας πολυμεροῦς ἤδη γενομένης, καὶ πολλαπλασίαν τινὰ ἐπίδοσιν ἐκ τῶν πανταχόθεν παραγενομένων ἐθνῶν λαβούσης, πῶς οὐ δῆλον ἔνθεν, Ἀκροαταὶ, τοὺς ἁγιωτάτους τότε πατέρας οὐ μάτην, ἀλλὰ μᾶλλον ἀναγκαίως εὐλαβηθῆναι τὰ τῆς πίστεως κειμήλια ἀνεπινοήτως καὶ τῷ τυχόντι καταφανῆναι, ἅμα δὲ καὶ μηδένα τελειοποιεῖν, πρὸ τοῦ τὴν διάνοιαν καὶ γνώμην καὶ ἀφορμὴν αὐτοῦ ἱκανῶς διαγνῶναι; πάνυ μέντοι ἀξιεπαίνως ἐπιμελητέον ἡγοῦντο, ἵνα μήτις εἰσέλθοι θεατὴς καὶ μαθησόμενος, ἐξέλθοι δὲ καταφρονητὰς καὶ παραδότης. καὶ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὕψωμα τῶν διδασκομένων οὐκ ἐνεχώρησε παραυτίκα τάδε καὶ παντάπασι σαφηνίσαι· ἐπεὶ μὲν δὴ πρὸς τὴν φιλοσοφίαν ἀποδυόμενός τις

(n) Sic ISOCRATES quoque Dæmonicum monet, ne quem ante in amicitiam recipiat, quam exploratum ſit ejus ingenium: *Oration. p. m.* 13. Quali etiam ex ratione *nemo Sacramentorum, ſaltem Euchariſtiæ, compos factus, nec cuivis olim ſummum hoc Chriſtianæ Religionis myſterium temere concedebatur; ſed ii duntaxat, qui multo antea morum & probitatis ſuæ ſpecimen exhibuiſſet, quique ſe ita fidum præbuiſſet, ut tuto ei myſteria divulgari poſſent:* ALBASPINÆVS ait *lib.* I. *obſerv.* XXV. *p. m.* 116. add. CLEMENTEM ALEXANDR. *Strom. lib.* I. *p.* 272. *B.*

facilius ad ſublimiora penetrabunt; itaque quivisfacile agnoſcet, Catechumenos, utpote eodem modo in via Domini inductos, plurimum hac ratione profeciſſe. (o) *Quare vel hanc quoque ob cauſam illos myſteria cognitu difficilia ab initio latuerunt, quoniam illorum adhuc dum erant incapaces.* (p)

§. X. *Quum igitur ſacrorum Antiſtites tanta cum ſeveritate eoque ordine hanc diſciplinam tractaverint: ampliſſimos illos fructus, quos ex ea collegerunt, nemo non æſtimabit. Maxima ſane in Catechumenos ex illa redundavit utilitas, quæ in morum integritate & decenti vitæ ratione, in diſcendi ardore omnimodaque probitate quam maxime ſe manifeſtavit. Simul & Eccleſiæ ordo inconcuſſus &* inte-

τῶν κάτω πραγμάτων ἀπαρξάμενος ῥᾳδίως μᾶλλον εἰς ὑψηλότερα τὴν γνώμην εἰσαγωγεῖται, οὐκ ἄδηλον, ὅτι καὶ τῶν χριστιανῶν ἀμαθεῖς εἰς τὸ κρεῖττον προέκοπτον ὡσαύτως τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου κατηχούμενοι, καὶ τὰ μὲν ἀκατάληπτα τῶν μυστηρίων ἀπαρχῆς ἀγνοούμενοι διὰ τὸ ἀνεπιτηδείως αὐτοὺς πρὸς τάδε διακεῖσθαι.

§. X. Τῶν μὲν οὖν ἱεροτελεστῶν τῆς παιδείας σεμνὸν καὶ εὔτακτον τὰ μάλιστα σκοπούντων πρόχειρόν ἐστιν εἰδέναι, ὁπόσους ἂν αὕτη ἐξήνεγκε καρπούς. Τὸ μὲν γὰρ χρήσιμον ἐκ τῆς εἰς κατηχουμένους παρεγγυηθείσης ἠθῶν ἀφελείας καὶ τρόπου εὐσχημοσύνης καὶ εὐμαθείας καὶ καλοκἀγαθίας εὖ μάλα πεφανέρωται· ἔπειτα δὲ ἡ τάξις τῆς ἐκκλησίας ἀσύγχυτος καὶ τὸ κάλλος τῶν μυστηρίων ἀμώμητον, ὅσον

(o) in quo ſaltem nobiſcum ſentit PERTSCH vel invitus h. l. noſtræ cauſæ patronus, *Sec.* II. *Segm.* IX. §. VII. *p.* 350. ubi inter alia: *Diejenige Stellen, ſo zum Beweiß der geheimen diſciplin angeführet werden, erharten weiter nichts, als daß man nur nach und nach die Unterrichtung in denen Lehr-Stücken vorgenommen, und von leichten Satzen den Anfang gemacht.*

(p) verba fere ſunt CHRYSOSTOMI *Homil.* XXIII. *in Matthæum* & *Homil.* XXIV. *T.* I. *p.* 236. & 288.

intemerata myſteriorum majeſtas (q) *quantum in ipſis erat, fuit conſervata. Quemadmodum etiam prudentes Medici convaleſcendi rationem non prius ægroto præſcribunt, quam cum ſemotæ fuerint morbi cauſæ;* (r) *ita quoque Sacrorum Doctores, quibus ſpirituales proſelytorum morbi curæ erant, tum demum ipſos doctrinæ Chriſtianæ fecerunt participes, quamprimum neque ſcandalum Judæis, neque ſtultitia Græcis crux Servatoris*

ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, ἐνθένδε διετέλει. Καὶ καθάπερ οἱ εὐφρονοῦντες τῶν ἰατρῶν τὴν τῶν ὑγιεινῶς ἐχόντων δίαιταν καὶ ὁμιλίαν οὐ πρότερον ἐπιτάττουσι τοῖς καχεκτοῦσι, πρὶν ἢ πάντα τὰ νοσοποιοῦντα ἐκβληθῆναι· οὕτω δὴ τὰ περὶ ψυχὴν νοσήματα τῶν προσηλύτων θεραπεύσαντες μυσταγωγοὶ τότε πρῶτον ἐκείνοις τῆς τελειοποιοῦ διδαχῆς μετέδωκαν, ἐπεὶ τάχιστα ὁ μὲν σταυρὸς τοῦ Σωτῆρος οὐ σκάνδαλον ἔτι ἐγέ-

(q) Cauſam hic dicat STRABO *Geogr. lib.* X. *p. m.* 467. *D.* ἥ τε κρύψις ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν σεμνοποιεῖ τὸ θεῖον, μιμουμένη τὴν φύσιν αὐτοῦ ἐκφεύγουσαν ἡμῶν τὴν αἴσθησιν. *Myſtica ſacrorum occultatio majeſtatem numini conciliat, imitans ejus naturam effugientem noſtros ſenſus.* Hinc major exiſtimabatur eſſe è longinquo reverentia. Quin & SYNESIVS *de Providentia lib.* II. *p.* 124. *B.* ἀγνωσία, σεμνότης ἐπὶ τελετῶν, *ignoratio ſacris addit auctoritatem vel venerationem.* Quod toties ſuis inculcarunt AVGVSTINVS, AMBROSIVS, BASILIVS, alii. Quare haud inſcite monet PROCLVS *ad Heſiodum p.* 163. ἐὰν συμβῇ σοι ἐν ἱεροῖς εὑρεθῆναι, μὴ μέμψῃ τὰ μυστήρια. ταῦτα γὰρ ὁ θεὸς πάνυ μέμφεται· *Ne contemnas myſteria, ſi qua te ſacris intereſſe contigerit: hoc enim Deus abominatur.*

(r) alio ſimili hanc docendi rationem illuſtratam commendat BASILIVS *ad Gregorium*: Οὔτε ἐν κηρῷ γράψαι δυνατὸν, μὴ καταλεάναντα τοὺς ἐναποκειμένους χαρακτῆρας, οὔτε ψυχῇ δόγματα θεῖα παραθέσθαι, μὴ τὰς ἐκ τοῦ ἔθους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα· *Neque in cera ſcribere potes, niſi prius literas induxeris, quæ ante ſcripta fuerunt, neque animæ prius divina placita accommodaris, quam anticipatas opiniones ab ea exemeris.* vid. & CYRILLVM HIEROSOLYM. *Procatech. ſeu Præfat. p.* 16. *B.*

toris amplius videbatur. Ea *namque mens fuit divo* ATHANASIO, (s) *qui ideo* nefas *eſſe cenſuit* myſteria coram non initiatis traducere, ne qua Græci inſpicientes iis irrideant, Catechumeni vero præmatura curioſitate agitati ſcandalizentur.

νετο τοῖς Ἰουδαίοις, οὐδὲ τοῖς Ἕλλησι μωρία. κατά γε μὲν τὸν μακαρίτην Ἀθανάσιον διὰ τούτων οὐκ ἔχρη τὰ μυστήρια τραγῳδεῖν ἀμυήτοις, ἵνα μὴ ἕλληνες μὲν ἀγνοοῦντες γελῶσι, κατηχούμενοι δὲ περίεργοι γενόμενοι σκανδαλίζωνται.

§. XI. *Verum enim vero ne pulcherrima quidem & utiliſſima adeo ab omni injuria natura liberavit, quo non laudentur ab his, culpentur ab illis. Atque huic admodum ſimile quid hiſce Sacrorum adminiſtris contigiſſe mihi videtur. Quanto enim majorem honorem ac reverentiam ex hoc ipſo diſciplinæ rigore & ordinata diſpoſitione a fidei conſortibus erant conſecuti, eo acrioribus calumniis a maleferiatis quibusdam Græcorum falſatoribus fuere petiti. Quoties enim non* CELSUS (t) *iſte*, LUCIANUS (u) *& alii ejusdem farinæ Chriſtianis clandeſtinam ſacrorum celebrationem ſine fronte objecerunt? quoties non eam ab cauſam acerbiſſimorum*

§. XI. Ἀλλὰ τῶν μὲν τῇ φύσει καλῶν καὶ πολυωφελῶν ἔργων αὕτη τὸ πλεῖστον ἔχεται τοῦ πάθους ἀδικία, ὥστε τοῖς μὲν καλῶς τοῖς δὲ κακῶς ἀκοῦσαι· παραπλήσιόν τι παθεῖν μοι δοκοῦσι τῶν πάλαι Χριστιανῶν ἡγεμόνες. ὅσον γὰρ διὰ ταυτὸ τοῦτο τῆς παιδείας καὶ εὐταξίας εὐπρεπὲς ἐκείνους οἱ συμμύσαι δι᾽ αἰδοῦς καὶ τιμῆς οὐ τηχούσης ἤγαγον, τοσοῦτον οἱ τῶν ἑλλήνων κέρτομοι ψευδεῖς μάλα λοιδορίας ἐλοιδορήσαντο. Ποσάκις οἱ ἀμφὶ τὸν Κένσον καὶ Λουκιανὸν καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι τὸ κρύφα τὰ ἀρέσκοντα ποιεῖν καὶ διδάσκειν ἀναισχυντοῦντες εἰς τοὺς Χριστιανοὺς ἐβλασφήμησαν;

convi-

(s) *Apol.* II. *Tom.* I. *p.* 73'. *B.*
(t) apud ORIGENEM *lib.* VIII.
(u) in Dialogo *Philopatris Tom.* II. *opp. p.* 753. *ſqq.*

convitiorum cumulum in illos conjecerunt, quaſi qui in angulis & latebris ad ſacra convenientes, luminibus extinctis, Thyeſtea convivia (x) *& Oedipodeos concubitus aliaque ſpurciſſima facinora noctis & latebrarum tenebris obtecta patrarent? & quæ ſunt aliæ horum Sophiſtarum obtrectationes, quarum onuſtos ſæpe currus in innocentiſſimos illos Chriſtianos exoneraverunt. Eas tamen Eccleſiæ fortiſſimi propugnatores* JUSTINUS, (y) ORIGENES, (z) TERTULLIANUS, (a) LACTANTIUS, (b) AUGUSTINUS (c) *& alii* (d) *ſtrenna manu in illos ipſos retorſerunt. Et quid abſurdum magis cuique videri poſſet, niſi quod ea propter odio habuerint*

ποσάκις ἐκ τούτου ὑπερβολή τις διαβολῶν βδελυρωτάτων κατ᾽ αὐτῶν ἐξεῤῥύη, παρὰ τὰ νενομισμένα συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους ποιουμένων, ὡς λυχνίας ἀνατρεπόντων, ὡς θυέστεια δεῖπνα καὶ οἰδιποδείους μίξεις καὶ μιάσματά τινα ἄλλα νυκτὸς καὶ ἀδύτων καταπετάσμασι κρυψαμένων; τῶν δὲ σοφιστῶν τούτων ὅλας βλασφημιῶν ἁμάξας εἰς ἀθώους πάνυ κενωσάντων ἀσεβήματα παρὰ τῶν ἐκκλησίας ἀνδρειοτάτων ὑπερασπιστῶν, Ἰουστίνου, Ὠριγένους, Τερτυλλιανοῦ, Λακταντίου Αὐγουστίνου καὶ ἑτέρων ὑπερβαλλόντως δηλύθη. Πῶς

Chri-

(x) Nefanda oppidò facinora, quæ certatim deteſtantur Auctores. Aliqua ſaltem eorum ſpecimina collegi ad FEITHII *Antiq. Homer. lib.* I. *c.* XVI. *§.* I. p. 238. (b) adde EVRIPIDEM *Oreſt.* EVNDEMque de ejus concubitu *Electr.* v. 720. conf. & KORTHOLD *Pag. Obſ.* c. XVIII. *p.* 157. *ſqq.*

(y) in *Apologia utraque.*

(z) *contra Celſum lib.* VIII.

(a) in *Apol. adverſ. Gentes. c.* VII. *p.* 33. & *c.* XVI. *p.* 46. conf. ALBASPINÆVS *lib.* I. *obſ.* IX. *p. m.* 41.

(b) *Divinar. Inſtitut. lib.* VII. *c.* XVI.

(c) *Epiſt.* XIV.

(d) CLEMENS ALEXANDR. in *Protrept.* ARNOBIVS *adverſ. Gentes.* MINVCIVS FELIX in *Octavio* &c.

Chriſtianos, qualia ipſi magno ſemper in honore habuerunt? Quis enim unquam PYTHAGORÆ *vel aliis, quibus eadem docendi ratio complacuit, eam exprobraverit? qui diſcipulos ſuos tenaciſſimi ſilentii fide ſibi obſtrinxit, & philoſophiam in* ἀπόῤῥητα *i. e. quæ enunciare nefas, &* ἔκφορα *quæ coram quovis proferre licebat, diviſit.*(e) *Eccur tandem iis qui Eleuſiniis Sacris*(f) *& aliis maxima ſane fœditate & ſuperſtitione laborantibus interſunt, cur, in-*

δὲ οὐκ ἄτοπον μυσάττεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς ὧν πέρι αὐτοὶ σεμνολογοῦνται; τίς γὰρ πώποτε τούτων κακῶς ἔλεγε τοὺς ἀμφὶ Πυθαγόραν ἢ ἄλλους τινὰς ὁμοιόν τι δράσαντας, τήν τε ἐχεμυθίαν τοῖς ἑταίροις δεινῶς ἐπιτάττοντας καὶ φιλοσοφίαν εἰς τὰ μὲν ἀπόῤῥητα τὰ δὲ ἔκφορα διαιροῦντας; εἶτα τὰ Ἐλευσίνια καὶ παντοδαπὰ ἄλλα μυστήρια, δεισιδαιμονίας καὶ αἴσχους γέμοντα τελοῦντες

F 2 *quam*

(e) vid. JAMBLICHVS *de Vita Pythagora.*

(f) vel Ἐλευσῖνα ut ſcribit ARISTOPHANIS SCHOLIASTES ad *Nub.* v. 291. ubi σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, *celebratio ineffabilium ſacrorum* dicuntur. Δήμητρος μυστήρια, *Cereris myſteria* ſæpius audiunt, ut apud EVRIPIDEM *Suppl.* v. 173. Hujus enim in honorem ea inſtituta fuiſſe refert ISOCRATES *Paneg. p. m.* 90. Plenius ea deſcribit ALEX. ab ALEXANDRO *Genial. Dier. lib.* VI. *fol.* 346*b*. *Fuiſſe in Græcia Sacra Eleuſina Cereris ſpectatiſſima, auctores memorant, quæ obſcura luce fiebant, ſacerdotesque facibus diſcurrentes, curſu phanatico ſacra peragebant, a quibus velut ſanctiſſimis & impollutis, impii conſceleratique amovebantur voce præconis, ita ut templum velut omni religione ſanctum, alicujus criminis aut noxæ conſcio adire, non liceat. Quodſi quis adiiſſet non initiatus, capite luebat.* Qualis ſupplicii exemplum habes apud DEMOSTHENEM *in Near. p.* 872. *ſq.* Hunc ad modum etiam Boeotorum narrationibus proditum eſt, eum qui Bacchi orgia temere irrumpens inſpexerit, repente laniari, apud SYNESIVM *de Provident. lib.* II. *p.* 124. unde potiori jure hæc talia κρύφια μυστήρια vocat CLEMENS ALEX. eaque ceu ſpurcitiæ & impudicarum actionum pleniſſima omnium contemptui, riſui & deteſtationi exponit. *Protrept. p.* 13. *A.*

quam, ne illos quidem unquam objurgaverunt?

§. XII. *Atque pauca hæcce*, AUDITORES, *de Sacrorum occultatione ſummatim dicta ſufficiant. Noſtrûm vero eſt*, CIVES ARGENTINENSES, *ut ſi quando clariſſimam illam, conſtantem atque inoffenſam doctrinæ morumque inſtitutionem cum occultationis ſeveritate pietateque quæ apud Chriſtianos tum temporis viguit conferamus, ſuperabundantia in nobis divinæ gratiæ & juſtitiæ munera pia mente celebremus. Gratias itaque agatis Deo Patri, qui idoneos nos reddit participandæ hereditati ſanctorum qui in luce ambulant; qui eripuit nos ex poteſtate tenebrarum. Etenim & nos olim tenebris involuti in gentili ſuperſtitione & ſtolida myſteriorum doctrina circumferebamur, nunc vero lumen ſumus in Domino. Ergo ceu filii lucis ambuletis. Ex parte quidem nunc modo cognoſcimus myſteria per ſpeculum in ænigmate videntes, cum vero venerit conſummatio, illa particularis cognitio perficietur.*

DIXI.

διὰ τί ἐ σφίσιν αὐτοῖς ἐγκαλῦσι;

§. XII. Ταῦτα μὲν ἐν ὑπὲρ τῆς τῶν ἱερῶν ἀποκρύψεως ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν ἀρκείσθω. Ἡμῶν δὲ ἔργον ἐςὶν, ὦ Ἄνδρες Ἀργυροπολῖται, τὸ περιφανὴς ϗ ἀδιαίρετον ϗ ἀπρόσκοπτον τῆς ἐνθάδε διδαχῆς τε ϗ λειτυργίας τῷ κρυπτῷ ϗ δειλῷ ϗ εὐλαβεῖ τῶν τότε Χριςιανῶν παραβαλόντας τὸ ὑπερέχον τῆς χάριτος τῦ Θεῦ ϗ δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης εὐσεβέςατα μεγαληγορῆσαι. Εὐχαριςεῖτε τῷ Πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τῦ κλήρυ τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ, ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξυσίας τῦ σκότυς. ἦμεν γάρ ποτε ϗ ἡμεῖς σκότος, ὑπὸ τῆς τῶν ἐθνῶν δεισιδαιμονίας ϗ ἀλογίςυ μυςηριοσοφίας παραφερόμενοι, νῦν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ· ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε. ἐκ μέρυς μὲν ἄρτι γινώσκομεν τὰ μυςήρια, δι' ἐσόπτρυ ἐν αἰνίγματι βλέποντες. ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρυς καταργηθήσεται.

Εἴρηκα.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google